

1416.

Jg  
5958









P 201





4  
E. 20, num. 9,  
JOH. PHIL. ODELEM, Brunsv.  
Philosoph. & J. U. D. antehac Eccles. Collegiat. St. Nicol. Magdeb.  
Canonic. & Regii ibid. Regim. Advoc. Ordin.

# APOLOGIA JURIDICO-POLITICA,

Differtationis Inauguralis

DE

RELIQVIIS SACRAMENTI  
In Matrimonialibus

9, 386  
Dn. VALENT. <sup>Ova</sup> Ernst. Wöschers / D.

Suprem. Consist. Dresd. Assess. & Superintend.

Vulgò ita dictæ

Unschuldige Nachrichten  
von Theologischen Sachen

de Ann. 1705. II. Ordn. n. V. pag. 118. seqq.

Nec non

Dn. MICH. HENR. Weibners / D.

Pand. P. P. & Jct. Ord. t. t. Decan Vitemberg.

Differtatio

De

HIS, QUÆ EX JURE PROTESTANTIUM MATRIMONIALI  
Ad Reliquias Sacramenti perperam referuntur,  
ad modum Promulsididis discutiantur, Ig 5958  
cum Epilogo.

Brunsviga apud Auctorem, Anno 1716.

25. 4. 06.

8-



# APOLOGIÆ SYLLABUS.

## Sectio prima.

§. I. *Apologia occasio varii. Dissert. Inaug. Censores.* §. II. *Ex quibus adhuc responderi debet.* §. III. *Imprimis Dn. Loschero.* §. IV. *Ob varias rationes.* §. V. *Illiusque dicta Dissert. Relationi.* §. VI. *Quoad veterum placita.* §. VII. *Imputationem novitatis.* §. VIII. *Et offensionis, quod fides post Luther. non defecerit, nec quamplurima adhuc sint reformanda.* §. IX. *Matrimonium est res mere civilis.* §. X. *De sponsalibus clandestinis. Benedictione Sacerdotali. Matrimonii Sanctitate. Presentia Parochi in sponsalibus.* §. XI. *Faustantia Loscheri de probatione spiritualitatis matrimonii. Semine Sancto. Ministri presentia. Juris Canonici usu.* §. XII. *Diffinitione inter Clericos & Laicos.* §. XIII. *Uxorumque interpretandi S. S. jure. De lingua Hebraea.* §. XIV. *Non primava.* §. XV. *Idca & voce Sacramenti.* §. XVI. *Consistoriorum ortu & calumnia scandali.*

## Sectio secunda.

§. I. *Ingressus ad Dn. Gribneri Dissert. Orthodoxiam LL.* §. II. *In tempestivam consendi libidinem.* §. III. *LL. Pontific. non haeretic.* §. IV. *Quarum Discussio Jctis competit.* §. V. *Jurisprud. Romanana papizat & paganizat.* §. VI. *Imprimis quoad Sacramentum matrimonii.* §. VII. *Cujus reliquias fovemus.* §. VIII. *Et refutationem frustra sperat.* §. IX. *Ex cautione prima.* §. X. *Cautione secunda.* §. XI. *Cautione tertia.* §. XII. *De spiritualitate matrimonii.* §. XIII. *Jurisdictione Ecclesiastica.* §. XIV. *Causis matrimonialibus.* §. XV. *Sponsalibus.* §. XVI. *Diviso sponsal. de Presenti & futuro.* §. XVII. *De Prioritate.* §. XVIII. *Puris & conditionatis.* §. XIX. *Clandestinis.* §. XX. *Publicis.* §. XXI. *Concubitu convalescentibus.* §. XXII. *Defectu consensus parentum.* §. XXIII. *Dissolutione sponsalior.* §. XXIV. *Delatione Juramenti.* §. XXV. *Copula Sacerdotali.* §. XXVI. *Quodque in templo peragatur.* §. XXVII. *Indissolubile reddit matrimonium.* §. XXVIII. *Et sponsalior. pasterit.* §. XXIX. *Sine consensu parentum contracta.* §. XXX. *Etiam incesta connubia.* §. XXXI. *Et dolo contracta.* §. XXXII. *Connubia servorum.* §. XXXIII. *Nuptiis legitimis & ratis.* §. XXXIV. *Favore matrimonii & celibatus.* §. XXXV. *Sententia contra matrimonium.* §. XXXVI. *Separatione quoad Thorum & mensam.* §. XXXVII. *Pœna adulterii & Polygamia.* §. XXXVIII. *Conclusio.*

## Epilogus.

§. I. *De controversia an Matrimon. sit Sacramentum.* §. II. *Est legomachia.* §. III. *Papatus Lutherani & Romani.* §. IV. *Epitaphis.*





## L. B. S.

**Q**UUM Deo T. O. M. feliciter annuente, & sub Præsidio Academico τοῦ ὡν ἐν μακαρίοις, Dn. Joh. Samuel. Stryckii, *ſcti ac Conſl. Aulic. Saxo-Iſenac. & Profefſ. Jur. publ. & ordin. Academ. Regia Hallenſ.* Diſſertationem Inauguralem, *de Reliquiis Sacramenti in Matrimonialibus*, publicæ Eruditorum diſquiſitioni, Anno M DCC IV. ſubjecerim, *qua recte quidem à noſtris Theologis pariter & ſctis reſectum eſſe illud Pontificiorum dogma, quo Matrimonium Sacramentum dicitur, pleraſque tamen falſi hujus principi conſuſiones adhuc hodie ſuperſeſſe, atque à noſtris defendi oſtenditur*, in Prolegomenis eſquidem à L. B. nobis veniam polliciti ſumus, ſi remoto omnî præjudicio, interdum paulo liberius de communi Doctorum Sententia fuerimus locuti, quia eorundem auctoritati nihil detractum volumus, modo & illi, uti hæcenus factum, ſua auctoritate veritati nihil detrahant, nec ulli mortalium noſtram obſtrudimus ſententiam, & ut alii quoque ſuos nobis non obtrudant, ſed ut nos libertate noſtra frui patiantur, eodem majorem in modum rogavimus, *Capit. III. ſ. 52.* certa ſpe freti, ut prudentiores, quorum imprimis cenſuræ omnia ſubjecimus, benigne nobiſcum acturi ſint, neque male interpretaturi, ſi etiam nobis hinc inde humani aliquid contigerit, Zoili dentes ſuſque deque habentes, qui non gloriam captavimus, ſed veritati ſtuduimus, & ſi qui meliora demonſtrare poſſunt, eos, qui per omnem vitam diſcere & erudiri cupimus, promptiſſime ſequemur, nihilominus tamen, dicta noſtra Diſſertio inter varias diverſorum Eruditorum cenſuras præprimis B. Joh. Frid. Mayern/ S. Theol. D. & Prof. publ. Grieffswald, *Zur Ben Bericht von Pietiſten/ pag. 41. Quaſt. Was lehren die Pietiſten vom Eheſtande?* nec non Dn. D. Valent. Erſt. Löſchern/

A Obers



2  
Ober-Consistorial. & Superintendent. Dresdens. in vulgo ita dictis Un-  
schuldbigen Nachrichten von Theologischen Sachen/ de Anno  
1705. II. Ordn. n. V. pag. 118. seqq. nuperrime autem, Dn. D. Mich.  
Heinr. Griebenerum P. P. Vietebergens. Dissert. de his, quæ ex jure  
Protestantium matrimoniali ad reliquias Sacramenti perperam re-  
feruntur, ex parte iniqvos atqve acerbos experta est Aristarchos.  
Licet enim illi, in quorum pectore scintillula tantum Christianæ  
non dicam charitatis, sed humanitatis adhuc residet, nullis se af-  
fectibus malevolis sine omni causa erga proximum abripi pa-  
tiantur, nonnulli tamen reperiuntur homines, quorum animos  
tam miserè ambitio versat, tam turpiter contendendi libido in-  
quietat, ut, nisi ex illorum arbitrio omnia agantur, aut nisi plane  
idem cum illis sentiamus, aut nisi aliquis in dissentientes ab eo-  
rundem opinionibus strenue debachari, ac insigniter clamare ve-  
lit, primo vultum tristem induant, mox in simulates agantur,  
tandem pietatis obtentu iras ac verba in fas nefasque locent, eaq;  
alicui, quæ ne fomniavit quidem, vel clam, vel palam imprope-  
rare, aut in pede muscæ struem calumniæ ædificare summo vo-  
luptatis ducant, hisce se candidatos immortalitatis fieri confidunt:  
hisce homines divosque oculos in se conjecturos ac de via deces-  
suros arbitrantur: hisce se divinos heroes, cæterosque omnes,  
queis meliore luto finxit præcordia Titan, nil nisi terræ filios, ac  
præ se vix ac ne vix quidem dignos, qui palam figant in pariete  
putant: hisce demum indignis artibus, nomen suum æternæ mo-  
numentis laudis incisum iri plusquam ridiculè præsumunt. Vid.  
Levin. Nicol. Molthen. *Præfat. Annot. ad Thom. Browne Relig.  
Medic. & Joh. Scharffii Manual. Logic. Præfat.* Et hanc contra-  
dicendi, imo cavillandi libidinem inter quam plurimos Theologos  
qui cælum potius terræ misceri, quam se errasse videri malunt.  
Puffend. *Jus Fœcial. §. 89.* hodie esse receptissimam, ipse Dn. Losche-  
rus & propriis & aliorum in *Timotheo Verino part. I.* quamplurimis  
comprobavit exemplis, cui & *Epistolam ad Summ. Rever. Dn. Abbatem  
Regio-Lothariens. Jo. Fabricium, quæ ejusdem famam Theologi-  
sam Britannum quendam Novellistam, sub Tit. Post-Boy, in suis re-  
lationibus nuperrimis, variis injuriis calumniosissimo conspurcasse*  
sum-



*imputationibus animatus condolui; nec non Epistolam aliam, qua eidem, contra Joh. Cypriani S. Theol. D. & P. P. Lipsiens. Sycophantiam in oratione initiali de methodis convertendi haereticos Pontificiis proditam, practicam suppeditavi consilium; & Epistolam qua illi & contra Theologorum Tubingensium calumnias, mendacia, & Falsitates in Declaratione sua ad Caesarem Majestatem proditas, iteratum dedi consilium, junge. Hinc & cum Dn. Auctore der gelehrten Fama part. 42. 42. p. 412. ex fonticis profecto causis, quilibet optare debet: Da pacem Domine in Theologis nostris Vid. Christ, Anonym, Kurze doch gründl. Anmerkungen über des Hrn. D. Valent. Ernst Löschers abgewies. Demas. II. Streit: Frage; Ob die Zeil. Schrifte zu lesen Jederman zu stehe? S. 7.*

§. II. Quedmadmodum autem Summ, Reverend, Facultas Theologica Hallens. Verantworte gegen des Hrn. D. Joh. Frid. Mayers / unter den Nahmen eines Schwedischen Theologi herausgegeben. so genandten Kurzen Bericht von Pietisten / pag. 145. huic jam satisfacit, & Summ, Reverend, Dn. August. Herm. Francke S. Theol. Prof. Hallens. Aufrichtige und gründl. Beantwortung eines an Ihm abgel. Send: Schreibens eines Christl. Theologi, der Professor. Theol. zu Halle und seine eigne Orthodoxie betreffend. pag. 42. optime quidem contestatur, experientiam docere, cum ejusmodi hominibus, qui aranearum instar, ex saluberrimis etiam floribus, non nisi venena sumunt, nil quicquam effici posse, hodiernas vero controversias, teste quotidiana experientia, plerunqve tantum scandala & parum commodi vel doctrinae secum trahere; Vid. Christ. Anonymi Billige Rettung des Wolffens. Tractats über die Frage; Ob Jemand von der Evangel. Lutherschen Religion zur Catholischen übertretend dadurch die Seeligkeit verliere? S. 1. adeoque sibi quemlibet merito ob oculos ponere debere, illud Pauli I. Cor. XI. 16. *Si quis autem videatur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus neque Ecclesia Dei,* Elenchum tamen suo modo ad defensionem intemeratae veritatis, ea propter non plane rejiciendum esse, Tit. I. 16. ita etiam B. L. & imprimis Dn. Löscherus, Erste Forts. der geheim. Gerichte Gottes



200/ contra supra dictam Christ. Anonym. Billige Xettange pro suo contentioso genio, studium controvertendi summopere defendens, non invidet; qui & contra eundem, ejusque socium, Dn. Griebenerum, nostræ Dissertationi Apologia hac succurram.

§. III. Ne autem statim sub initium ratione præcedentiæ, quam Doctores Theologiæ præ JCtis, itidem Sacerdotibus quidem, sed Justitiæ tantum, vel ex legibus humanis vel consuetudine habent, Gottl. Gerh. Titius. *Prob. des Deutsch. Geißl. Rechts lb. IV. cap. VII. §. 35.* impingam, vel prorsus crimen læsæ Auctoritatis Theologiæ, vel ambitionis potius committam, ex reliquiis nostratum Papatus, & Dn. Loschero primatus cedendus erit. Sicuti enim ambitiosi, qui in cupiditatibus suis frenantur, & subinde frustrantur malevolentiam & invidiam in corde sovent, adeoque tum res tum homines prorsus iniquo intuentur oculo. Fr. Baco de Verulam. *Sermon. Fidel. n. 35. pag. 173.* Sic & Theologiæ, quam T. Fatidic. *ad Dolobell. Mercur. Codicill. III.* Technologiam dicit, præcipuus honor & autoritas, scientiæ sacræ & profanæ principatus est. Ac licet Juris prudentia, quam hodie rectius dixit Juris insaniam, in profanis itidem primum Scientiarum obtinuit locum, ambæ etiam facultates in uno tertio maximopere concordant, dum altera tot seculorum contentionibus, subverso Christianæ pietatis studio primo vulneravit, postea etiam prostravit Christianam charitatem, altera defectu humanissimæ æqvitatæ sublato necessario inter homines commercio humanam quoque inhumanè sustulit fiduciam, tanto utrobique disfidiorum certamine, ut excusso penitus fidei fundamento, non absque scelere atq; dedecore, jam neque Deo, neque hominibus, credamus; posteaquam illa, veterem moribusque gravem Theologiam vanæ vestivit Philosophiæ frondibus, ea etiam hodiernorum Technologorum conditio, ut Theologiam periclitari existiment, nisi illam acutissimis Philosophorum terminis velut stipitibus, jam jam Senectute casuram fulciant, nec Plato & Aristoteles inter Christianos non tantum ut catechumeni, verum ut Doctores ac ceremoniarum antistites admisi; Altera, Juris nempe insaniam vere intricatissimum artis subdolæ & iniquæ est studium, Dædali imitantis solertiam, quæ labyrintho velut opere, & sudata litigantium



§  
 tium calamitate tot infinitis Recessibus, Definitionibus, Decisionibus, Disquisitionibus, Causis, Clausulis, Instrumentis, Digestis, Bullis aureis, an & ferreis? Extravagantibus, Canonibus, Codicibusque inextricabilibus infamatae scientiae gyris & cuniculis ita divinam humanamque irretivit & circumvenit justitiam, ut nec Theseus, nec Diabolus facilem exitum inveniant; geminas etiam hasce facultates & affectuum conformitas & naturae similitudo ad invicem ita conciliant, ut nec variis opinionibus, nec falsis praedictis in diversa spargantur, sed utraque quamvis appellatione & studio dissideant, uno tamen pacis odio miscentur, quia ambae animo & ingenio feroces, solo fine differunt, & quod altera conscientis imponit, altera fortunis insidiatur utraque praedatrix ut salutis causam & possidentis quietem decidat, aut diripiat; Theologiae tamen, quae posteaquam a primae fidei Christianae simplicitate discessum, & in materiam subtilitati ingeniorum exercendae conversa est, in tam vastam molem intumuit, ac tanto vastiorum in utramque partem disceptari solitarum proventu luxuriare coepit, Puffendorff. *Jus Feodal.* §. 15. ejusque Doctore, qui in Cathedra Lutheri quondam ipse docuit, & juxta *Gelehrte. Famam.* part. 32. pag. 540. in solatium nostrae Ecclesiae a Pontificiis & Indifferentistis valde afflictae, ignea Papismi tela extinguere debet, praecedentiam dare cogimur. Nisi enim hic Papismi triumphos de devicta jam Saxonia destrueret, & hanc magis in fide firmaret, Jäger in *Dedicas. Tr. de Federe.* quae, unde Saxonia praeter eundem quam plurimos Facultatum Theologicarum Heroas tantum sumeret Antesignanum?

§. IV. Hic enim est ille Consiliarius arcanorum Dei Judiciorum, intimus nec non vulgò ita dictarum Relationum innocentium Director, qui juxta Dn. Abbat. Joh. Fabricium. *Confid. controvers.* pag. 275. de Calixtino Schismate veram ac puram narravit fabulam, p. 276. sibi non constat, neque scit, quid dicat, p. 277. & cujus quarelae & monita irrita, atque inania, objectio vero & punctio livoris soboles est, quaeque a scopo longissime aberrat, neque hactenus ullum caput probavit, sed impudentiam ac imprudentiam prodidit, p. 278. Tria falsa simul committens, temerarius



6.

monitor, critica frustra exercens, & ut odium apud Lectores confiet, nonnulla in materiam calumnia vertens, ac pessime interpretatur, sensum sinistram atque alienum cum irrisione tribuens, secundum hostilem mentem, utpote cui cum similibus quidvis licet. p. 279. Nec recordatur nihil turpius esse, quam falsarum accusationum, pravarum interpretationum, petulantium detorsionum, gravissimarumque iniquitatum & injuriarum redargui, non nisi nugas, fabulas, chimæras, somnia, falsa & inania terribilissima proferens, cujusque objectiones quibus aliquid carpitur, nec tamen paginae, contra quas sermo est, allegantur, nullius sunt momenti, nec dignæ, quæ vel leviter considerentur, nonnulla enim in eis confunduntur, est quod fingitur, & aliquid ex nuda suspitione asseritur. p. 280. Et si vir esset, monstrasset vel unicum locum ubi Chemnitio, aliive nostratium aliquid præter ipsorum mentem tributum fuerit. p. 282. Fallaciam non causæ ut causæ committit, & ex nimio affectu fluit, cum plurimis etiam hoc habet commune, quod itidem nesciat, qualem sit discrimen inter res de fide, & quæ non sunt de fide, hujusque discriminis non habita ratione, controversiam faciant ubi nulla est, & Andabatarum more ridicule pugnant. p. 285. Iniquus monitor, qui res distinctas confundit, & fallaciam à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter committit, p. 287. ex comparata ratione, absolutam facit, & illud, quod restrictionem in se continet/ studio omittit, p. 288. Falso se collutulat, dum alteri impingere aliquid laborat, fallaciam divisionis committens. p. 289. Sciens ac volens fumos vendit cujusque zelus pro veritate cum recta scientia ac vera prudentia conjunctus esse debet, ne similis sit igni fatuo, aut fulguri è pelvi, vel tonitribus in scena motis, quæ non terrent, nisi simplices & imperitos, nec aliam habent mercedem quam ludibrium & contemptum, calidissima præferens mendacia, cujusque reliqua Elogia apud Dn. Langen. in *aufrechtigen Nachricht. von der Unrichtigkeit der so genandten Unschuld. Nachrichten* videbis. Hinc & Dn. Griebenerus condonabit, qui eundem tam irrefragabili Theologice Doctore postponam, ac hoc demum relicto, & cum illo separatim agam. Recte enim Ovid. 1. *Pont.* 1. cecinit:

*Vaticiner, monesque locum dare sacra ferenti.*

S. V.



7  
§. V. Quia autem dictæ innocentes, mox noxias dixissem  
Relationes, non in omnium manu sunt, sed à quæ plurimis phar-  
macopolæ relinquuntur, haud possum, quin in earundem hono-  
rem, integram de nostra dissertatione Inaugurali præfigam ratio-  
nem sequentem. Proposita est sub JCTi hujus, *B. Stryckii* præsidio,  
& disputationis Inauguralis forma à *Johan. Philippo Odelem* præfens  
Exercitatio, separatim posthac edita, in qua multa circa matrimo-  
nium noviter traduntur explosis veterum placitis, quorum multa  
JCTos solum, ac publica Judicia concernunt, quæ illis examinan-  
da relinquimus; multa vero ad Theologos spectat, nec sine of-  
fensionis periculo dicuntur, etsi quod læto animo largimur longe  
hic modestius quam in Disput. de Jure Sabbathi iisdem auspiciis  
habita res omnis geratur. Utinam salutari tot prudentum, etiam  
sui ordinis monita JCTi quidam novaturientes impostero etiam  
audirent, ac magis indies ad servandam Ecclesiæ pacem advesce-  
rent. In ipsa præfatione, sine ulla restrictione dicitur, fidem Lu-  
theri statim post ejus tempora deficere cœpisse, per imprudentiam  
& negligentiam innumera fere relicta, quæ ex principiis Papismi  
originem trahant, & integro volumine opus esse, ad illa expo-  
nenda. Dissertatio vero, exposito Capit. I. explosoque Sacramenti  
nomine initio contra Pontificios evincit, matrimonium non esse  
Sacramentum, postea vero quicquid demum in causis matrimo-  
nium concernentibus Auctori emendatione dignum visum est, ex  
eo fonte derivat, quod reliquæ erroris Romani de Sacramento  
conjugii inter nos supersint, Caput enim II. ea, quæ ad contrahen-  
dum, Tertio, ea quæ ad jam jam contractum matrimonium spectant,  
percentet. Omnium potissimus Dissertationis scopus est ostende-  
re, quod matrimonium res mere civilis, nulloque modo Sacra &  
Ecclesiastica sit: quare quicquid à Theologis & JCTis, præsertim  
Carpzovio (qui præcipue hic refutatur) alienum ab hac hypothesi  
dictum est, id papizare nostro dicitur: v. gr. quando Carpzovius  
matrimonium ait, non esse contractum tantummodo civilem,  
sed rem conscientie & tale negotium, cui character spiritualis  
(non intelligere illum characterem Sacramentalem Pontificiorum,  
sed formam Sacram res ipsa judicat) est impressus: Quæ tamen  
optims



8  
optime dicta sunt; quippe cum fœdus matrimonii sanctissimum, non tam à contrahentium consensu quam Dei auctoritate & rati habitatione dependeat. Imo p. 93. manifeste pronunciatur, Matrimonium per se esse negotium mere profanum & civile. h. e. quod fit proprii vel communis commodi causa. Præterea contra perpetuum & universalem Ecclesiæ nostræ consensum clandestina Sponsalia non solum approbantur, sed defenduntur etiam, & æque valida judicantur, ac ea, quæ publice fiunt, p. 52. seqq. Benedictio Sacerdotalis inventum Pontificiorum crude nimis appellatur. p. 76. & necessitas copulæ Sacerdotalis inter reliquias Papatus, h. e. inter abroganda. p. 79. refertur, additis verbis in præsentis rerum statu valde periculosis, pristinam simplicitatem in usum revocandam fuisse. Et si enim p. 89. ritum hunc tollendum non esse moderatori stylo spondeatur, ex ipsa tamen auctoris hypothesi, id quod pro Pontificiorum invento habet, una cum Sacramenti reliquiis tollendum esse per facile sequitur. Cum primis vero p. 91. seqq. 97. seqq. phrasis nostratum, Conjugium Sanctum, den heiligen Ehestand vocantium, carpitur, nec non ex fonte reliquiarum Papismi sequi, & multum superstitionis alere pag. 51. dicitur, quod in Sponsalibus publicis Ecclesiastes plerumque interesse soleat, quod sane dictum & ab ipsis prudentiæ regulis abhorret, tantum abest, ut Religioni faveat. Non urgemus, quod p. 54. & alibi Ordinatio Eccles. Saxonica (die Sächsische Kirchen-Ordnung) Papismi arguatur, quam forsitan alii ex instituto vindicabunt. Universa hæc materia, cognita saniori & quæ cum Divina revelatione convenit doctrina, adeo clara evadit, ut quicquid ab Auctore novandi gratia adductum est, ultro sua falsitate corruat. Tria sunt in conjugio, quæ confundere fas non est: (1) Naturale quid, sive commixtio maris & foeminae ad generis humani propagationem. (2) Morale quippiam, sive contractus justitiæ & rationi conveniens inter duos diversi sexus homines, commodioris amœniorisque vitæ gratia initus; denique (3) Sacrum quid, nimirum fœdus & votum Deo & Ecclesiæ oblatum à duabus personis, quæ præter naturalem & moralem istum conjugii usum, mutuum in quærenda ad coelites via & procreando Sancto Semine adjuvatorium invicem pollicitæ sunt. Nullum horum negare licet.



9  
cet. Imo vel ultima illa & maxime ardua parte nempe Spirituali  
negata, facile erit homini mere mechanicis ideis affveto, etiam id  
inficias ire, quod in matrimonio moralitas aliqua necessaria sit,  
adeoque totam omnino rem ad brutalem conditionem reducere.  
Evidem morale conjugii, naturalem ejus usum perficit potius &  
ad rationis ductum adstringit, quam rejicit; parique modo id,  
quod in eodem Spirituale est rō morale & tolerat & ad fidei du-  
ctum perficit. Neque adeo ex institutione divina perfectum est  
conjugium, nisi tria illa simul contineat; unde facile sequitur, ac-  
curate loquendo conjugium non nisi propagandæ Ecclesiæ & ve-  
rorum ejus membrorum causa datum esse, apud reliquos vero  
conjugium analogice dictum, imo abusum conjugii solum inve-  
niri. Sacrum id quod in conjugio datur, omnium clarissime Ma-  
lach. II. 14. 15. indicatur, ubi juxta fontes ita Numen loquitur:  
*Jehova testificatus est inter te & uxorem &c. cum illa sit Socia tua  
& uxor fœderis tui. Non vero fecit hoc (agitur de abusu conjugii)  
unicus &c. quid ergo unicus faciebat? Quarebat semen Dei.* In pro-  
clivi est rerum sacrarum vel leviter perito, fœdus Dei teste fa-  
ctum & seminis sancti quæstionem, quæ ad civile pactum non per-  
tinent hic invenire: Horum causa conjugium venerabile nomina-  
tur Hebr. XIII. 4. imo commeruit, ut typum unionis inter Chri-  
stum & Ecclesiam gereret: Quare duo sunt Sacra conjugii momen-  
ta, unum reale, cujus Auctor plane est oblitus, alterum typicum,  
cujus aliquam fecit mentionem, non est igitur, quod Sanctitatem  
conjugio deneget, quod sane, quamdiu hæctenus recensita vel ali-  
quo adhuc pacto retinet, Sacrum dici suo modulo, aut discrimen-  
meri moralis & naturalis inter marem & fœminam consortii mere-  
tur. Argumenta vero, quæ inter contrariam partem Auctor ad-  
ducit, a corruptelis conjugii petita sunt, quæ maxime cum  
ipso improbamur, alibi vero præsertim p. 34. 35. ob civilia matri-  
monii, Sacram ejus indolem male excludit, imo nonnisi ea, quorum  
finis mere Spirituales est, inter Sacra referre vult. Ministrum ve-  
ro Ecclesiæ adhibere Sacro isti fœderi tantum abest, ut superstitio-  
sum sit, ut potius res ipsa id postulet. De Benedictione Sacerdo-  
tali ex eodem fonte judicari potest, si circumstantiæ ab ipsa rei ef-

B

sentia



sentia prius distingvantur: illæ in controversiam hic venire non debent, declaratio autem fœderis & vbi conjugalis coram Ecclesia, quæ per ministrum ordinario in talibus agit, omnino necessaria est & ab ipsis Ecclesiæ incunabulis recepta. Nec minus de reliquis, quæ dubia hic facta censerentur ex æquo potest, si priora ista recte capiantur. Manifestum sane est, etsi in causis matrimonialibus quædam civilia sint, & contractum moralem respiciant, quædam tamen ultra Sphæram civilem ascendere, recteque adeo, adscitis in consilium Theologis, peculiari modo judicari: atque id ipsum Lutherus poposcit sæpius, ut civilia Sacris hic jungerentur, nec à solis Clericis res ista tractaretur. Neque plane improbari debet Juris Canonici in causis istis usus, si ea solum, quæ ex antiquæ Ecclesiæ Canonibus in eodem supersunt, quippe in re ad Ecclesiam pertinente, observentur. Clandestina vero sponsalia non male juxta Ecclesiæ Canones rejiciuntur, quia etsi contractum conficere possint, sunt tamen à Declaratione matrimonii Sacri fœderisque ad quærendum Sacrum Semen plane aliena, & eidem sensim evertendo apta nata, adeoque omni studio abroganda. Atque hoc pacto digne decenterque res matrimoniales tractari possunt, etsi ab omnibus Sacramenti reliquiis abstineamus, neque tamen ad mere profana reduci nos patiamur. Sunt alia quædam in hoc Schediasmate, quæ probari non possunt. Sic v. gr. p. 2. Discrimen inter Clericos & Laicos è Papatu originem duxisse docetur. p. 3. confuso scrutandi & interpretandi Scripturam munere. Politicis viris ipsa quæstionum Sacrarum decilio adscribitur. p. 7. lingua primæva prorsus deperdita traditur. p. 12. 15. non solum vox, sed & ipsa idea Sacramenti rejicitur & vagum vocabulum mediis in sejus locum substituendum svadetur, denique p. 38. Consistoriorum ortus perstringitur. Hæc tollendi, quantum in nobis est, scandali causa monemus.

§. VI. In hac itaque valde confusa relatione primum Syco- phanta refert, in nostra Dissertatione *Veterum placita explodi*. Veterum Pseudocheus hic potius est explodendus, veterum placitis longe majorem Papali tribuens infallibilitatem. Si enim hic, ut persona singularis & privatus Doctor errare potest, Bellarm. *Tom.*



*I. lib. 4. c. 2.* quidni etiam veteres nostri? qui itidem privati tantum Doctoris subiere munus & homines fuere? Si autem errarunt ut homines, ego ne sciens volensque ex solo auctoritatis praedictio vel praesumptione potius cum illis errem, eorumque reddar mancipium? Absit. Interim ex veteribus ipsisque nostra Saeculae fundatoribus, cum Martino Lutero & Martino Chemnitius mihi est amicus, amici nostratium etiam alii sunt, sed magis amicae veritas. Ceterum ab ipsis dissentire, & errorem, si quem commiserunt modestia quam Censor à nobis *lato animo praediffertatione de Jure Sabbathi largitur* indicare, quidni liceat? Non major enim illorum potest esse auctoritas, quam Patrum Ecclesiae, qui inter se dissentiunt, & contra quos toties statuunt nostrates ipsi, eorumque errores manifestant atque rejiciunt. Sic & ipse Lutherus, in cujus verba non juravimus, sed quae cum libertate judicandi legimus, à Meisnero, Glasio, Tarnovio, Geiero, Carpzovio, Sebast. Schmidio deseritur ac refutatur. Vid. Summ. Reverend. Dn. Abbat. Joh. Fabricii *Consid. Controvers. Defens. pag. 280. seq.* Interim verum quam quod verissimum, etsi post Reformationem hypothesis juris Canonici de Sacramento matrimonii fuerit eliminata, multae tamen conclusiones ex illa hypothesis profluentes in Consistoriis Protestantium incaute sunt retentae, partim quia JCI debitam emendationem ex negligentia afferre noluerunt, partim quia, etiamsi voluissent, non potuerunt, quoniam quaestiones matrimoniales voluerunt definire ex lege Mosaica, cujus tamen multa capita haud applicari poterant ad mores Christianorum. Unde simul factum, ut statim post reformationem in causis matrimonialibus confulerentur non JCI sed Theologi. Ita vero causa matrimoniales sic confusae & difficiles redditae sunt, ut peculiarem mereant tractationem, & nulla sit tam absurda Sententia, quae non defensores suos invenerit. Excellent. Dn. Thomas. *in Not. ad Inst. Justin. lib. 1. Tit. X. pag. 39. fin. Id. ad Monzamb. c. 8.*

§ 8. b

§. VII. Postea quam vero hasce conclusiones ex parte in Dissert. erimus, Censor addit, *circa matrimonium multa noviter tradi.* Sed respondetur: Novitas in se non est reprehendenda:

B 2

alio.





alioquin reprehendenda essent multa in ipso etiam Loschero, ut (1) quod tam multos promiserit libros, quibus scribendis ne viginti quidem homines sufficerent, si vel maxime vegeta essent ætate, & viverent per integrum seculum. Sed sæpe multa dicuntur, quæ deinde non fiunt, & maxime in jactantibus & gloriosis illis Terentianis Thrafonibus usu venire solet, quibus illud. Ovid. 1, *Art.* convenit: *Promissis dives quilibet esse potest.* Et majorum nostrorum laus, datam semel fidem: Ein Wort ein Wort/ ein Mann ein Mann/ omnibus rebus ante habere, jam degeneravit in illud; *Zusagen ist Adelsich/ Halten ist Bäurisch/ nec non Ehrens Worte binden nicht/* quandoquidem & apud Romanos l. 19. §. 3. de *Edil. Edict.* ea solum promissa admittebantur, quæ sic ut præstentur, non ut jactentur, dicebantur, & vitæ genus cum variis officiis ejusmodi mendacia excusare debent, apud Dn. Loscheri *abgerwief. Demam pag. 214.* ut hac occasione loco priorum, novos librorum titulos edere possit. Sed parturiunt montes, nascetur ridiculus mus. (2) Quod in tam laboriosa Superintendententis magnæ & florentis urbis functione, ubi curæ animarum non potest sufficere, nihilominus aliena tractare satagit, & modo hunc, modo istum refutare audet, non quia ille à Christo recedit, sed quia non facit cum ipso. Quo pertinent sic dictæ innocentes Relationes, in quibus sæpe mira, præmatura & temeraria adfertur judicia. Hinc Novatoris convitium apud veræ Philosophiæ assecras sere contemnitur, & potius gloriæ ducendum est, si quis non oculis alienis omnia cernere velit, sed ex propria ratione ab aliis prætervisa detegat, ab aliis non recte dicta emendet. Excell. Dn. Thomas. *Jurisprud. divin. Diss. Proam. §. 33.* Et posito Censori illa, quæ veterum imprudentia vel negligentia in tacta reliquit, jam videri noviter tradi, singula tamen argumenta mere adiphora exhibent, quæ ad judicii proprii præceptum, & pro privato pietatis suæ genio Thom. Browne. *Relig. Medio. Part. 1. Sect. V.* recipit, aut repudiat, nec hoc crediturus, quod Lutherus affirmat, nec illud repudiaturus, quod Calvinus improbavit. Hinc à te peto, ne tanto odio novitates & novaturientes prosequaris, cum alias in futuro, lacerata tunica aut attritis calceis tuis novas tibi iterum comparare, illa-



sa conscientia haud valeas, si omnis novitas reprehendenda  
 Jacob. Frideric. Ludovici *Dissert. de Condit. Sponsal. impossib. §. 27.*

§. II. Nugatur porro Censor, multa *ICTos solum ac publice*  
*ca Judicia, qua illis examinanda relinquit, multa vero ad Theologos*  
*spectare, nec sine offensionis periculo dici posse.* Ast cum Censor  
 haecenus non nisi egregia *Πολυπραμοσύνη, κακοζηλία* & singula-  
 ri ambitione excelluerit, certe miror, eundem nec illa, quæ *ICTos*  
 & publica iudicia, quorum tamen summe necessarium haecenus  
 fuit membrum, impugnasse. Sed ne Sutor ultra crepidam. Et  
 periculum offensionis jam per duodecim annos nullius fuit mo-  
 menti, nec ullum de illo haecenus conquestum esse recordor. Sed  
 Saniores inter offensionem datam & acceptam distinguunt. Optat  
 etiam Censor, ut *ICTi magis ad servandam Ecclesie pacem as-*  
*suescerent,* cui tamen nemo iniquior quam ipse Loscherus, qui  
 sub specie Orthodoxiæ aternas lites amat fovetque, & pro Extin-  
 ctore potius Incensor omnium Disfidiorum dicendus. Simulac  
 autem pergit: *In ipsa Praefatione sine ulla restrictione dici fidem Lu-*  
*theri statim post ejus tempora deficere cepisse, & per impudentiam &*  
*negligentiam innumera FERE esse relicta &c.* non possum, quin  
 illum Prisciano commendem, utpote qui particulam *fere* inter ad-  
 verbia remittendi & restringendi refert. Si vero aliam adhuc  
 desiderat, materia tractatio, in ipsa Dissertatione satis se vindicabit.  
 Sed unde tibi scatet tanta mendaciorum vis quærit Phyletymus  
 apud Erasm. *Colloq. p. m. 217.* & respondetur per Pseudocheum,  
 à natura profecta sunt femina, ars & usus auxere facultatem. Ce-  
 terum de Apostasia fidei nostræ inter varios atque eximios veri-  
 tatis testes, apud G. Arnold *Kirch. und Bezer. Hist. part. 2. lib.*  
*26. cap. 6. §. 5. & cap. 13. §. 2.* ipse etiam Lutherus *Tom. Alt. IX.*  
*p. 653.* eam prævidendo conqueritur, ac licet hanc defectionem  
 Clerici jamdiu negaverunt, & diversis ex causis obnubi arunt, nu-  
 bem pro Junone venditantes, quoad singula tamen capita, in dicta Ar-  
 nold. *R. und R. Hist.* occurrit, & summaria in Indice sub verb.  
*Lutheraner, quoad ihrem ärgerlichen Leben/ Hochmuht und Babel-*  
*sche Verwirrung/ innerliche Streitigkeiten/ äußerste Bosheit/ und das*  
*sie ärger/ als Papisten und Heyden/ falschen Trost/ Sicher- und Frech-*  
*heit*



heit/ Epicureismum, Blindheit/ Irthum und Ketzereyen/ Schwermereyen/ Fanaticismum, Geißl. Hochmuht/ Unreinigkeit/ Neid gegen einander/ Feindschaft/ Menschen/ Sazungen/ Verfolgungen wieder einander/ euffersten Verderb/ Sicherheit/ falsches Evangelium/ Unterscheid von den ersten Christen/ Papstesend Wesen/ Heydenthum/ Blindheit/ Abgötterey/ Streitigkeiten/ Aergernüssen/ Atheismum, Untreu und Grausamkeit gegen einander habentur, quibus recentiorum pia desideria apud Arnold. *R. u. K. 3. part. 2. lib. 17. cap. 5.* addi merentur. Ac nihilominus hodie illi, qui Technologiam audiunt, & velut Dominæ obsequuntur, etiamsi se voluptatibus immergant, & in omne Scelus animas projiciunt, vocari possunt Christiani, isatque cum blasphemis & parricidis, sine quæstione salvari. Quo modo? nimirum magno generis humani exitio, inventa est alia ad felicitatem via; facilis illa quidem & expedita, sed quæ ad destinationatum sibi terminum haud pertingit. Maxima enim pars mortalium, cum per Sanctitatem vitæ illuc ascendere recuset, in sola Confessione fidei tanti itineris quærit compendium T. Fatidic ad *Dolobell. Mercur. Codicill. III. §. 5. pag. 51.* Nec est, cur Cenfor nobis objiciat, quod in Prolegomenis itidem diximus, per impudentiam & negligentiam innumera fere relicta esse, quæ ex principiis Papismi originem trahunt, & integro volumine opus esse, ad illa exponenda, siquidem nec ipse Lutherus initio omnes errores animadvertit, quas postea magis magisque inquirendo perspexit, dum *Tom. Jenens. IV. pag. 342. in Visitat. Saxon. edita ann. 1529.* censuit institutionem sub utraqve non esse mandatum Dei, quo omnes inde necessitate tenerentur communicare sub utraqve, & *Tom. II. Edit. pr. Wittenb. pag. 467.* absolutum Decretum, quod aliquos necessario damnabiles facit, statuit L. N. Molthen. *Annot. ad Th. Brown. Relig. Medic. part. 1. Sect. 5. p. 32.* Et quemadmodum apud Arnold. *R. und. K. Hist. part. 2. lib. 17. cap. V.* celeberrimi Scriptores de reliquiis Papatus maximopere & in omni Religionis puncto conqveruntur, sic & G. G. Titius *Probe des Tent. schen Geißl. Rechtes/* quoad Jus Ecclesiasticum & matrimonialia quamplurimas offert conclusiones, quæ ex solis principiis papisticis promanavere. Conf. Nost. *Diff. de Reliquiis Consister. Protest. Rom.*



*Cathol.* Reprehendere equidem Censor etiam videtur, nos *ex hoc fonte omnia derivare*, sed si hic fons non placet, abeat & ex suis lacunis lutosa sua hauriat principia, pro nobis, & veritate rei apud Ovidium Latona sic alloquitur Lycios: *Quid prohibetis aquas?*

§. IX. Somniat porro Censor, *potissimum Dissertationis esse scopum. ostendere quod matrimonium res mere civilis, nulloquo modo Sacra & Ecclesiastica sit.* Sed rubrum cum Prolegomenis & ipso nigro longe aliud svadent. Utpote quæ potissimum *de reliquiis Sacramenti in matrimonialibus* agunt, & Pontificiorum dogmati, matrimonium esse Sacramentum, ejusq; conclusionibus contrarium opponunt. Fabulatur etiam, *quicquid à Theologis & Jcistis presertim Carpzovio alienum ab hac hypothesi dictum, papizare dici.* Multa etenim adhuc utrorumque ab hac hypothesi aliena dicuntur, quæ nondum papizare diximus vel dicemus. Interim tamen thema illud, *quo Carpzovius matrimonium, non esse tantummodo contractum civilem, sed & rem conscientia & tale negotium, cui character spiritualis impressus, ait, juxta deducta Dissertationis quam maxime papizat, donec probetur contrarium, quod enim matrimonium sit fœdus sanctissimum, non tam à contrahentium consensu, quam Dei auctoritate & ratihabitione, pro qua tamen Carpzovius voluntatem ponit, dependens ejusdem sunt verba, & circulum ac petitionem principii committit Censor, Carpzovium per Carpzovium Jurisprud. Ecclesiast. lib. 2. t. 2. def. 21. n. 6. 7. probans, imo magis à contractu matrimonium dependere, & ex illo constat, quod hunc demum ratihabitione sequatur. Et posito matrimonium esse negotium cui character spiritualis impressus, unde quæso! Censor hariolari poterit, Carpzov. non characterem Pontificiorum Sacramentalem, sed formam sacram intelligere, dum l. c. t. 4. def. 66. n. 23 matrimonium Sacramentum à Deo consecratum dicit, proindeque sine omni dubio characterem sacramentalem intellexit. Et quomodo illa optime dici possunt! ubi loco clarorum & usitatorum verborum, obscura, ambigua & inepta locutio adhibetur. e. g. character hic spiritualis. Posito etiam illud negotium habere characterem spirituale, & non conscientia esse, quod à Dei auctoritate*

*tate*



*eate & ratihabitione dependet*, potius de ipso vulgari & triviali illo coitu, quo quidem profecto nihil ineptius, aut viro sapiente indignius, nihilque est, quod mentis celsitudinem turpius dejiciat, quam si animo jam deserbente reputet, quam insigniter inepti erit. Thom. Browne *Relig. Med. part. 2. Sect. 9. pag. 397.* dici deberet, utpote qui non solum ab autoritate & ratihabitione divina, sed & voluntate speciali ac expresso Dei mandato, Gen. I, 28. *Crescite, Augescite, & replere*, dependet. Nam licet, si recte ineptias illas, ac nugas, quas vir cum muliere, quoties foeminea voluptate uti decrevit, consideremus, nihil stultius fingi posse, reperimus, ob liberorum procreandorum tamen necessitatem, humanique generis conservationem, Deus non solum nos ad ejusmodi nugas ac voluptates proclives esse voluit, sed & jusfit, L. N. Molthen. *Annor. ad Th. Brown. Relig. Medis. l. c.* etenim verba: *Crescite & multiplicamini* non nudam facultatem, ut in matrimonio hominibus tribuant, sed haud dubie etiam simul obligationem adjunctam habent Excell. Dn. Thomaf. *Jurisprud. divin. l. 3. c. 2. §. 8.* Hincque Judæi marito *כפי כחו וכפי מלכתו* pro ratione virium suarum & opera sua certas cum uxore debiti conjugalis præstinebant vices, Joh. Selden. *Uxor. Ebraic. l. 3. c. 6. & 7.* ac Paulus *I. Cor. VII. 3.* utrosque adhortatur; *nolite fraudare invicem.* Et cum senes ex juvenculis, non vero vetulos ex junioribus genere quotidie eveniat, ac mulieres, quibus per ætatem defecerunt menstrua, neque ex senibus neque juvenibus concipere possunt, menstrua autem illo tantum vitæ tempore fluunt, quo aptæ sunt concipere, quod quemadmodum apud alios citius aut tardius, vel in initio pubertatis, quatuordecimo, quindecimo aut usque ad decimum septimum annum incipit, ita etiam non omnibus eodem tempore, sed fere intra quadragesimum annum desinit, ita ut mulieres hac lutosâ voluptate non tamdiu quam mares gaudere possint Franc. Valles. *Philosoph. Sacr. Cap. 10.* Apostolus etiam primum mares de eorum officio *ὁ Φειλομενη εὐνοια*, quæ *Exod. XXI. 10.* *עונתה* debitum conjugale dicitur, & ob quod si deficiebat, *mulier gratis egredi poterat*, ad extingvendam libidinem, quæ in statu integritatis etiam conjugii finis secundarius fuit, Thomaf.



*l. c. §. 21. exhortatur.* Matrimonii enim primus finis est generatio proles Carpz. *J. F. p. 4. c. 20. d. 11. n. 7. 8. & J. E. l. 2. t. 1. d. 12. n. 3.* Quare etiam non solum manifeste, sed & recte pag. 93. pronunciamus, *matrimonium per se esse negotium mere profanum & civile*, uti in *Dissert. de Reliqu. Consist. Protest. Roman. Cathol.* latius deduximus. Et quum nostri olim Doctores hoc principium neque absolute negare, neque matrimonium pro re mere Ecclesiastica & Spirituali venditare auderent, & nihilominus recordabantur, quantum olim lucri vel id solum tribunalibus Ecclesiasticis adtulit, quod ad illa omnes causæ matrimoniales eoduntaxat prætextu, quod matrimonium sit Sacramentum, trahebantur Monzamban. *Stat. Imp. Germ. c. 8. §. 8.* nec non optimam hanc iisdem esse occasionem, quæ abjectam Jurisdictionem Pontificiorum clericalem, nisi in totum, tamen ex parte, & ut minimum cum Politicis in Judiciis Protestantium Ecclesiasticis, tanquam Assessores manerent, iterum sibi arrogare, & de vulgo ita dictis Sportulis ac Jurisdictione Eccles. participare possint, vid. *Diff. nost. de Reliqu. Consist. Protest. Rom. Cath. §. 26.* matrimonium esse Sacramentum quidem negaverunt, sed ad obtinendos supra dictos fines, eidem tamen singularem spiritualitatem appropriaverunt, & causas matrimoniales *mixtas* dixerunt Carp. *J. E. l. 2. t. 1. d. 1.* Sed quemadmodum multa quidem in Societate humana & vita civili occurrunt negotia, in quibus ad S. S. & ea, quæ in Sacris literis præcipiuntur, est recurrendum, sedulo etiam cavendum, ne quod judicatur aut legibus civilibus statuitur, pugnet cum illis, quæ lege divina dudum sunt constituta, nec tamen adeo causæ tales habentur pro *mixtis*, nec iudicio civilis magistratus subtrahuntur, ita etiam B. Calixtus *Dissert. de Conjug. & Divort. §. 24.* non fatetur mirari potest, esse etiam inter nostrates, qui conjugium contractum civilem esse negant.

§. X. Præter hæc Censor etiam stomachatur, quod *sponsalia clandestina non solum approbaverim, sed æque valida, ac ea, quæ publice sunt, judicaverim, idque contra perpetuum & universalem Ecclesiam nostram consensum esse dicit.* Verum Christus cum Apostolis nos ad consensum Ecclesiæ & traditiones Patrum non remittit,

C

sed



fed ad S. S. *Joh. P. 39. seqq. Rom. I. II. II. Tim. III. 16. & Dn.*  
 Cenfor prius contrarium, tum antiquæ, quam antiquissimæ Eccle-  
 siæ ostendat consensum, & tunc ulteriora ipsi reponemus. Fal-  
 sum porro est, nos *Benedictionem Sacerdotalem nimis crude inven-*  
*tum Pontificiorum appellasse*, posteaquam pag. 79. necessitatem tan-  
 tum copulæ Sacerdotalis, & quod eidem nostrates nimium tribu-  
 ant, inter reliquias Papismi numeravimus, quia neque de essentia  
 matrimonii neque absolute necessaria est, & salvo matrimonio o-  
 mitteri potest. Pet. Mull. *Dissert. de Hierologia Sect. 2. Th. 6. Bodin.*  
*Diss. de anticip. concub. Th. 16.* Imo falsissimum est, quod à nobis  
 inter abroganda referatur, & ipse Cenfor sibimet ipsi non constans  
 fatetur, nos negare, hunc ritum tollendum esse, probe immemor,  
 mendacem oportere esse memorem. Hinc apud Lucian. *in Phi-*  
*lospend.* cum Tychiade recte quærimus, quidnam id sit, quod mul-  
 tos in mentiendi cupiditatem adducit? & Philocles respondet;  
 Quid aliud in causa est, quod mentiuntur, nisi dementia? Interim  
 quammaxime optandum, ut prima Christianorum simplicitas in  
 omni religionis puncto & inter nos tandem aliquando reviviscat.  
 Et quid inde, si copula Sacerdotalis, quæ tantum ad matrimonii  
 formalia & adiaphora pertinet, cesset? Nihil certe aliud quam ut  
 Clerico nonnulla fercula & accidentia detrahantur, ob quod in-  
 teresse necessitatem hujus copulæ tam viriliter propugnant. Et  
 cur non potius necessitas & stricta copulæ carnalis observantia,  
 eodem defenditur Spiritu? utpote quæ (1) cum suo effectu, pro-  
 creatione sobolis, primarius matrimonii finis, uxorem salvificans  
*I. Tim. II. 15.* & de ejusdem substantia, ac (2) contractis sponsa-  
 libus clandestinis, si Sponsus ante benedictionem Sacerdotalem  
 Sponsam carnaliter cognoscat, liberos nihilominus legitimos facit,  
 qui patri, haud subsecutis licet nuptiis, succedere possunt. Carpz.  
*J. F. p. 3. c. 14. d. 12.* nec non (3) omnem sponsaliorum imperfe-  
 ctionem purgat, & (4) ubi matrimonium pluribus promissum tam  
 strupratam quam sponsalia posteriora præfert, & sponsalia publica  
 ac de præfenti dissolvit, adeoque majoris in hoc actu est auctoritatis  
 quam Ecclesiastes, siquidem (5) & patris consensum non attenden-  
 dum reddit, & (6) quælibet conjugium jura tum personarum tum  
 rerum



rerum, eorundem *Thalamo* non benedictioni Sacerdotali, de jure Saxonico etiam adferibuntur. Wildvogel. *Diss. de Jure Thalami.* è contra vero benedictio Sacerdotalis nec est de essentia matrimonii nec anticipatus concubitus ante benedictionem Sacerdotalem deprecatione ab Ecclesia recte coeretur. Bodin. *Diss. de antisip. concub.* Nam & Sponsalibus adjectæ conditiones, *si virgo & incorrupta es*, nec non *si corporis copiam mihi feceris*, pro turpibus & inihonestis haberi nequeunt. Bruckner. *Decis. Matrim. cap. 20. §. 31. 32.* ad minimum Sponsus circa inquirendam virginitatem ante nuptias curiosus esse debet. Stryck. *Diss. de Curiosit. c. 4. n. 8.* Sic & fortasse apud illas gentes, quorum Sacerdotes prima nocte sponsas deflorare solent, vel ex primo concubitu vectigal habent, potius necessitas copulæ carnalis, quam Sacerdotalis urgetur. Nam & apud Hebraeos tempore belli fas erat Sacerdotis, si concupiscentia prævaluerit, cum formosa in bello capta, prima vice congregi. Schickard. *Jus Reg. Hebr. C. V. Th. 17. n. 132.* Ac quanquam ex illa hypothesi, quod omne Pontificiorum inventum, cum reliquiis Sacramenti sit tollendum, juxta Loscherum sequi videtur, benedictionem inter abroganda referri, non tamen nostram Sententiam, Consequentia enim alteri non possunt imputari, nisi illas itidem agnoscamus & recipiamus. Denique Censor etiam circa *Sanctitatem matrimonii* Sophistam agit, fallaciam à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter committens, dum pag. 97. §. 23. matrimonia fere fidelium, non autem omnia quocumque modo etiam ab infidelibus contracta, Sancta diximus. Sed in Jure Romano se invicem circumvenire naturaliter licet. Dehinc prolabitur Censor iterum ad pag. 52. allegans, *ex fonte reliquiarum Papismi iterum sequi, quod in Sponsalibus publicis Ecclesiastes plerumque interesse soleat.* Quænam autem prudentiæ sint regulæ, a quibus hæc abhorreant, vel cur religioni non faveant, non addit. Forsitan intelligitur prudentia sibi soli sapiens, vulpis Sapientiæ taxonem è domo, quam sibi non illi defodit expellenti assimilanda Fr. Bac. de Verulam. *Serm. Fidel. n. XXIII. p. 113.* Et si è contra illi imprudentes sunt, qui in Sponsalibus Ecclesiæ ministrum non adhibent, solus Censor cum suis affectis prudens & religionis fautor erit. Interim vindicias Ordini.



Ecclesiast. Saxon. quod *Papismi arguatur* nondum vidi, nisi quod Roma de devicta jam Saxonia publice triumphet, Dn. Jäger. *Dedication. Tr. de Fœd.* Præterea sub libro Auctorem tantum, qui omni sine dubio homo fuit, & errare potuit, intelleximus.

§. XI. Gloriatur porro Cenfor *universam suam materiam adeo claram evadere, ut quicquid novandi gratia adductum est, uliro sua falsitate corrumpat.* Verum Paulus tanta jactantia non utitur, & si de semetipso gloriatur, nonnunquam interponit; *Ue stultus loquor*, cupiditatem *Kevo doxiã* prohibens, licet plurimi nudam celebritatem & jactationem nominis sui & adumbratam gloriæ imaginem, non eminentem virtutis effigiem consecratur, ex quibus alii stulta percussione & admiratione propriæ sapientiæ virtutis & virium inflati superbe, & arroganter de se ipsis sentiunt & jactant, & falso se ipsos aut immodice prædicant & laudant, ut Pharisæi *Luc 18.* Vid. David. Chytræi *Regul. Vit. ad IIX. Præcept. p. 521.* Nec est, cur Sactitatem matrimonii ex *fædere & voto, Deo & Ecclesia oblato*, nec non *diversis S. S. locis* adeo operose probare conentur, siquidem ambabus jam largiti sumus manibus, matrimonia verè fidelium Sacra dici posse, Chrysoft. *Homil. 48. Tom. 7.* inquit: *Ἡ μὲν ἐνθεσμιὸς τοῦ γάμου μίξις, τιμία παρὰ τῷ Θεῷ ἢ δε πρὸς χάριν τῶν ἡδονῶν ἐκτελουμένη θανάτω ἰποβέβληται. Legitimis quidem in conjugio coitus honorabilis est apud Deum, qui vero voluptatem & libidinem causam habet, morti est subjectus.* Provo calumnia est, *totam rem in brutalem conditionem reduci.* Annon inter morale matrimonii, quod concedimus, & brutalem conditionem est differentia multo maxima? Vide, quo refutandi pruritus & vercordia hominem transversum agat. Porro si *conjugium nonnisi propaganda Ecclesia & verorum ejus membrorum causa*; Quid ergo dicis de conjugio Davidis cum juvencula illa Abisag, Sunamitide, ut calorem quo destituebatur, reciperet? Quoad *Malach. II. 14. 15.* vide Vinarienses, qui tamen Thelin suam defendunt, & Tarnovium adde. Quoad *Heb. XIII. 3.* autem vide Horneium ad *b. l.* Ne quid autem gravius dicam, dormitas aut somnias Loschere? putans, quod reale matrimonii oblitus sim. Præterea si sermo est de merè seu strictè spiritualibus, rectè tantum *inter Sacra* referuntur,



runtur, quorum finis mere Spiritualis est. Si vero ministrum Ecclesiae adhiberi matrimonio res ipsa postulat, annon etiam Christianorum conjugia apud Barbaros & Idololatrias sine copula sacerdotali contracta valebunt? Et petitio principii est, quod ministrum praesentia omnino necessaria sit. Quoad Semen *הררי* omnes homines denotans *Job. XIV. XV. 14. XXV. 4.* equeidem nonnulla adhuc essent monenda, sed bellum me hercule semen, quod juxta Ecclesiae nostrae doctrinam, peccato originali infectum est. *Job. XIV. 4. Job. III. 6. Eph. II. 3. Psal. LI. 7.* Renati autem non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per verbum Dei vivi & permanentis in aeternum sumus. *1. Pet. 1. 3.* Pergit Censor; Nec plane improbari debet Juris Canonici usus, si ea solum, quae ex antiqua Ecclesia Canonibus in eodem supersunt observentur. Sed responsionem vide apud G. G. Titium *Prob des deutsch. Geistl. Rechts. L. 1. c. II. §. 63. seqq.* & D. Gerhard. *Confess. Cathol. lib. 1. part. 2. c. 14. p. 732.* Et si haec ex ipsis canonibus peti possunt, Jure Canonico, non opus erit. Et profecto miror, utcumque Lutherus *Tom. I. Jen. Germ. p. 304.* censuerit; In den ganzen Geistl. Gesetze sind nicht zwei Zeilen / die einem frommen Christen möchten unterweisen / hingegen so viel irriger und fehrllicher Gesetze / daß nicht besser wäre / man machte einen rohten Hauffen daraus; per concremationem hujus juris vero à Luthero Vietebergæ magna hominum spectante & applaudente caterva factam, apud Vietebergenses eidem quasi exequiæ factæ, jam nihilominus Doctorem Theologiae hujus Academiae Orthodoxæ est *γνησίως* Lutheranae, cum Lipsiensibus, qui Jus Canonicum itidem sequuntur *Carpz. J. F. p. 4. c. 20. d. 16. n. 5. & de Leg. Reg. c. 4. §. 3. n. 15* illud defendere, & hos ante nonnullos annos per nitidam & elegantem certe editionem, illud è cineribus Vietebergensibus quasi refuscitasse. Sed grates sunt pro Privilegiis, quibus Pontifices, Pius II. & Alexander V. eorundem Academiam muniverunt. Hinc etiam statuunt, Academias à solo Pontifice confirmatas & privilegiatas, legitima confirmationis auctoritate non destitui. *Carpz. J. E. l. 2. t. 25. n. d. 396. n. 7.*

*Præcipue postquam pulsus erroribus orci,  
Caca superstisio terga coacta dedit;*



*Veraq̄, religio nostras remeavit ad oras,  
Salvifica & fidei non temeratur amor.*

Vid. Facult. Philosoph. Program. Promot. Magister. intim. de ann. 1710. Et si Georgius Dux Saxonix adhuc viveret, longe majorem certe mererentur gratiam, quam Bibliopola & duo cives alii Lipsienses, qui tum temporis Lutheri libros divendiderunt.

§. XII. Hisce vero explosis, video Censorem per ἵερον πρό-  
τερον, & inversa Dissert. serie, iterum à puppi ad proram prolabitur,  
dum ex pag. 2. Discrimen inter Clericos & Laicos è Papatu origi-  
nem duxisse, inter illa refert, quæ probari non possunt. Verum  
ad hæc G. G. Titius. **Prob des D. G. Rechts l. 2. c. 3. §. 1.** re-  
spondet: Die Geistlichen werden auch Clerici genennet/wie die ganz-  
te Geistlichkeit Clerus Clerisey/welches dem Ursprunge nach ein Grie-  
chisch Wort ist/ und in Heil. Schrift die ganze Kirche bedeutet I. Pet.  
V. 3. aber nachgehends hat bey einreissenden Pabsthum die Hochmü-  
tige Geistlichkeit sich solches alleine zugeeignet. Et originem distin-  
ctionis personarum in Jure Canonico in Clericos & Laicos ignorari  
à Scriptis Novi Fœderis, & Can. Decreti. 7. caus. 12. qu. 1. ex  
Hieronymio excerptum, nihil magis ostendere, imo palpandum  
dare, quod misera & papistica hæc doctrina jam illo tempore sum-  
me regnaverit, atque sic in consensu quinque seculari, vel ex hoc  
insigni specimine parum fundamenti sanitatis doctrinæ, vel mo-  
rum ponendum esse, inquit Excell. Thom. in Monit. ad D. Brenneysen  
Dissert. de Jur. Princip. circ. Adiaphor. ac Tertullianus in exhort. ad  
Castit. addit: Nonne & Laici Sacerdotes sumus. Utut enim juxta  
Theodoretum pag. 519. Ἐκλεκτὸς λαὸς κληρονομία Θεοῦ προσ-  
αγορευόμενος, πάλει μὲν ὁ ἰουδαϊκός, μετὰ δὲ ταῦτα, οἱ ἐκ τῶν  
ἐθνῶν ἐκλεγείς, καὶ τῆς πίστεως ἀκτίνας δεχόμενος. Populus ele-  
ctus Dei hereditas nominatus, olim quidem populus Judaicus erat;  
Postea vero qui ex gentibus electus fidei radios recepit. Et Isidorus  
de Offic. Eccles. lib. II. Cap. I. de hac voce refert, Cleros vel Cleri-  
cos hinc appellatos esse Doctores, quia Matthias sorte est electus. A-  
deoque Clerici nullam aliam ob causam primum ita dicti, quam  
quod ex popularibus Sorte, ad obeundam ministerii functionem  
selecti, postea tamen ex singulari ambitione ac superbia sibi solis  
non



non solum hoc appropriarunt nomen, sed & se pro singulari Dei Sorte præ Laicis venditarunt, Phariseorum *πρωτοκλισίαν* in cœnis & *πρωτοκαθεδρίαν* in Conciliis Matth XXIII. vindicantes. Sed origo & radix teterrimi hujus vitii est Diabolus primis parentibus hac voce, *Eritis sicut Dii* superbiam & ambitionem adhaens ut fiducia propriæ sapientiæ à verbo Dei discedant, & supremum imaginis Divinæ gradum expetant, ac plane Deo similes esse cupiant. Hinc in nostra corda eadem flammæ superbiæ sunt propagatæ, ut singuli velint inter homines Dii esse, hoc est antecellere aliis quovocumque modo & suam auctoritatem magni fieri, & alios sibi subjectos esse. Chytraeus. *Regul. Vit. pag. 61.* Et magnus hic pruritus, ut omnes vellent esse Doctores itidem *Jac. III. 1.* reprehenditur. Immo, B. Gerh. Theod. Meier. *Initiament. nasc. Eccles. §. 140. pag. 143.* asserit, licet Ecclesia Christi absque ministerio verbi Divini esse non possit, posse tamen sine ministerio Ecclesiastico esse, unde & Doctrinam de Ecclesiæ ministris, in necessariis ad Salutem in Catecheticis hæctenus non habemus. Clerus enim juxta Excell. Dn. Thomaf. *Diff. de Jur. Princip circa haret. Cap. 1. §. 20. & 21.* Est status Reipublicæ in Ecclesia sub specie devotionis & cultus Divini singularem affectans sanctitatem præ aliis statibus & Dominium prætendens in horum conscientias, unde & idiomate Germanico dicitur, *die Geistlichkeit* / item, *Geistliche Vater* / *Reicht Vater.* Et quemadmodum Patres carnales liberis agenda præscribunt, eosque erudiunt, ita Clerus etiam præscribere debere Laicis, quid credere debeant, unde fides formularia seu carbonaria cum libris Symbolicis suam accepere originem. En egregiam Clericorum præcellentiam, & vulgivaræ hujus Distinctionis originem.

§. XIII. Et ex hac Clericorum præcellentia Dn. Censor etiam, *nos confuso scrutandi & interpretandi S. S. munere, Politicis viris ipsam quæstionum sacrarum decisionem adscribere* addit: Verum enim quemadmodum excitosum hoc cum S. S. ejusque quæstionibus monopolium, si paucos eximam Theodidactos atque Cordatos, reliqui sibi arrogare solent Theologi, Vid *Differt. nostr. de Reliquiis Confessor. Protestant. Romano-Cathol. §. 7.* Sic & inter illas rectius numeratur clericorum fraudes, quibus ex nefanda ambitione



bitiēne non solum præ Laicis singularem adepti sunt præcedentiam, sed & imperantes in suas traxerunt partes, ut & illi, eorundem palliatam in conscientias aliorum tyrannidem, non reprimerent, sed potius adjuvarent. Excellent Dn. Thomaf, *Dissert. de Jur. Princip. circa heretic. cap. 1. §. 66. seqq.* Verum posteaquam hoc, periculosum iniquitatis mysterium, quo Laici Clericorum placita adorare, & eorundem sputa lingere nolentes, pro canibus & porcis, imo per ipsam *Præfationem Formula Concordia*, omnes Laici, id est, Principes, Aulici, Milites, Eruditi, Nobiles, Ignobiles, Jcti, Medici, Philosophi, Studiosi, Mercatores, Opifices, Rustici & Sexus sequior in universum pro truncis & stipitibus habentur detectum, ex veterum superstitioso erga Clericos cultu, illud non amplius deveneramur, sed deridemus, & quid juris hodie divini ac humani sit, Theologis nostris, qui fictum illud Pontificiorum dogma, *Laicis S. S. læsionem non competere*, quidem pro aris & focis impugnant, ipsa praxi tamen, dum Laicos in S. S. scrutantes prosequuntur, & clamant, Laicos non intelligere S. S. quia non studiosi Theologiæ fuerunt, crassissimum fovēt Papismum, ne imprimis Jcti ex illa, quæ non ex re Sacerdotum forent, eruant, Excell. Dn. Thomaf, *ad Monz. c. 8. §. 3.* ostenditur. Quod autem *linguam hebraicam*, quam hodie excolimus attinet, eequidem recorder, eandem Anno 1700. in Academia Lipsi, sub meo Præsidio, Dn. Adam. Berndt / Vratislav. jam ni fallor. *Past. & Catech. S. Pet. Lipsiens.* *Dissert. de Lingua Hebræa §. IIX.* contra Dn. Joh. Clericum publice defendisse *primævam*, longe tamen prægnantiores postmodum mihi obvenere rationes, cur in *Diff. Inaug.* contrarium tutatus sum, & postquam Schikard. *Jus. Reg. Hebr. c. 2. Th. §. 5. §. 5.* defendit, hodiernos characteres, Judæis כתב מרובע dictos, Mosi esse coætaneos, tamen non disputare vult, annon ante ipsum alii in usu fuerint. Cum non constet, an Adam Hebraice locutus sit. Liber ius, de St. Amore. *Epist. Theol. 4. §. 25.* Sic & Bened. Spinof, *Tr. Theol. Polit. c. 8.* Pentateuchon non authographum esse. Joh. Cleric. *Dissert. de Script. Pentateuch. §. 4.* vero nonnulla in illo ab alia manu esse, non tamen ipsi constare, qui hæc additamenta scripserit, defendunt,



§. XIV. Nonnulli putant eivdem in *Rebuspublicis antediluvianis* ob earundem simplicitatem nullam fuisse scribendi peritiam, adeoque illarum leges in Scripturam haud redigi potuisse, idemq; de *Rebuspublicis post diluvium usque ad tempora Mosis*, quem ob corruptos Israelitarum mores, pro primo artis scribendi inventore habent, dicendum esse, verum enim qui recordatur, juxta plerorumque fere chronologorum computum, à mundo condito ad Exitum Israelitarum ex Ægypto, ultra duo millia & quadringentos annos jam elapsos esse, ipsum etiam Cainum de nomine filii sui condidisse urbem Hanoch, Jabalem habitantium in tabernacula & pecus alentium, ac Jubalem cithara & organo canentium, Tubalcainum vero omnis æris & ferri opificum patrem fuisse *Gen. IV.* adeoque tam ante quam post diluvium quamplurimas cum variis scientiis & artibus floruisse Res publicas atque regna, tantam etiam hominum fuisse malitiam, ut Deus excepto Noacho cum familia sua, per diluvium universum genus humanum perdidit, juxta ipsam hanc hypothesin, originem literarum atque legum scriptarum pravis hominum moribus adscribentem, vix ac ne vix quidem, nihilo minus tamen nullam tunc temporis scribendi fuisse peritiam applaudebit; Licet enim in primitiva Ecclesia nonnulli fuerunt martyres, qui ex secta ob religionem lingua locuti sunt, typographia etiam, qua juxta Carpz. *Diff. de Jur. decid. contro. Theol. loc. I. §. II.* Respublica Judæorum jam utebatur, habetur pro invento Germaniæ, utraq; vero in societate humana non carere possumus, minime tamen videtur supra dictas respublicas cum variis Scientiis, sine literis subsistere potuisse. Ut ut etiam libri Adami de *Revelatione & Pœnitentia* nec non *Sidra Adam* Dn. Groning. *Biblioth. Jur. Gent. l. I. c. 2. §. 9.* suspecti videntur, præter Zoroastrem tamen, etiam alios ante Mosem scripsisse Th. Browne *Relig. Med. p. I. S. 22.* & tam apud Chaldæos unde Abraham egressus est, quam Ægyptios, ubi Moses, omnem didicerat sapientiam, scribendi habuisse peritiam non dubito, Joseph. *Antiq. Judaic. l. I. c. 3.* Sic & *Job. XIX. 23.* quem nonnulli tempore Jacobi vixisse, ejusque filiam Dinam in uxorem duxisse, credunt. B. Spinof. *Tr. Theol. pol. c. 10.* quum fidei suæ confessionem, *Scio, quod Redemptor meus vivit*, edere vellet,

D

Scri-



Scripturæ jam fecit mentionem sequentem: *Quis mihi tribuat, ut sermones mei in libro, ferreo stylo scribantur, vel plumbi lamina, aut Cæle in silice sculpantur.* Quis enim credat tot ætatibus homines non dicam absque jurisprudentia, sed absque jure, & legibus vixisse? Excell. Dom. Henr. Coccejus. *Orat. de Progress. Jur. Europ. p. 4.* Sed hæc tempora ob defectum historiæ, nonnullis rudiora videntur, quam revera fuerunt.

§. XV. Denique Cenfor addit, non solum *vocem*, sed & ipsam *Sacramenti ideam rejici*, & *vagum mediæ vocabulum*, in ejus locum substituendum esse. Sed rationes nostras prorsus intactas reliquit, ipse vero, aut raro aut nunquam scribit *Evangelium*. E contra vero B. Calixtus *Compend. Theol. p. 208.* ingenue confitetur, nec vocabulum Sacramenti in Scripturis existare, nec reperiri unicam enunciationem, quæ, vel quid Sacramentum, vel quid ad Sacramenti rationem pertineat, innuat, sed totam hanc doctrinam, de Sacramentis in genere, eorumque numero à posteriori esse desumendam, ita ut considerantes, quid huic vel illi rei, quas Sacramenta appellamus, conveniat, doctrinam de Sacramentis in genere extruamus. *Totam ergo hanc doctrinam de Sacramentis eorumque numero, sine aliquo incommodo omitti posse*, dummodo è Sacris recte explicentur Baptismus & Eucharistia, aut reliquæ res, quas Sacramenta appellare usus obtinuit, vel ipse etiam vel alius confecerit. Suam etiam hanc probat Calixtus negativam inde, (1) quod ipsa etiam Sacramenti vox, ex usu forensi in Ecclesiam traducta, plane sit *ἀγραφος*. Hinc & tantum non solum abest, ut Scriptura in genere doceat, quid ad Sacramentum requiratur, quisque eorum sit numerus, sed & vanum est, ac inutiliter quaeritur, an Sacramenti vocabulum sit *ἀγραφος* vel *ἑγγραφος*, cum Sacra litera primitus lingua latina non sunt scripta, Brochmand. *System. Theol. Tom. II. Art. 22. c. 3. qu. 2.* Equidem in Vulgata Bibliorum versione, vox Græca *μυστηρίου* exprimitur voce Sacramenti *Eph. I. 9. III. 3. I. Tim. III. 19.* & alibi. Sed nec Græca illa nec latina Sacramenti vox, illis locis eam significationem habet, quæ nos ex usu Ecclesiastico vocem hanc accipimus. Quod vero Ecclesiasticos Scriptores attinet, hi variis modis vocem Sacramenti



cramenti accipiunt, quos recenset Hornejus *Compend. Theol. l. 3. c. 1.* ut nec ex horum Scriptis aliquid de Sacramenti natura in genere constitui possit, è quo postea de numero Sacramentorum fiat iudicium. (2) Quia libri nostri Symbolici, & imprimis *Apologia Augustana Confessionis* itidem videtur agnoscere, ex Scriptura nil de Sacramentis in genere vel numero eorum colligi posse, utpote quæ, non nisi conditionate & hoc modo loquitur: *Si Sacramenta vocamus ritus, qui habent mandatum Dei, & quibus addita est promissio gratiæ, facile est iudicare, quæ sint proprie Sacramenta.* Hinc addit, non multum referre, etiam si docendi causa alii numerent Sacramenta aliter, si modo recte conserventur in Scriptura traditas, nec Veteres Sacramenta eodem modo numerasse. Quare etiam p. 202. agnoscit in certa significatione etiam matrimonium, orationes & eleemosynas Sacramenta dici posse, imo p. 167. absolutionem proprie dici posse, admittit. (3) Quia idem agnoscit alii Ecclesiæ nostræ Doctores, è quibus Selncecerus, *Catheches. Loc. de Sacrament.* sic scribit: *De Sacramentis & horum substantia, differentiis & usu iudicandum est, non ex generalibus regulis, sed ex propria cujusque institutione, & diversis verbis Christi,* cui B. Calixt. *Demonstrat. liquidissim. p. 363.* Meisnerum & Gerhardum addit. Immo ipse confitetur Menzerus *Exeg. Aug. Confess. art. 13. n. 4. §. 12.* nusquam in Sacris Scripturis propositam esse plenam & accuratam Sacramenti definitionem generalem, sed colligendam & formandam esse ex illis locis, ubi de Sacramentis exquisitè dictis agitur. Et cum Sacramenta exquisitè etiam dicta maximopere differant, & quælibet peculiarem habet definitionem, scirem, quamnam Dn. Loscherus præter S. S. somniavit *ideam Sacramenti,* & an ex Schola Platonis, Aristotelis vel Cartesii desumpserit hoc phantasma, Chimæram. Licet enim nihil est in intellectu, quod non fuerit in sensu. Excell. Dn. Thomaf. *Furisprud. Div. l. 1. c. 1. §. 51. & Diss. Proem. §. 45.* dantur tamen ideæ innatæ Gerar. de Vries. *Diatrib. de Ideis rer. innat. & immediatæ, καὶ γὰρ τ' ὄναρ ἐν Διὸς ἐστὶν.* Utrumque vero & Sacramenti & *μυστηρίου* voces potius *vagas esse,* imo ne dignas quidem esse, quæ S. Cœnæ & Baptismo applicentur, & inde patet,



dum ad signanda etiam pudenda mulierum usurpatur. Hammond. *Annos. ad Apoc. XVII. 5.* Hinc & Barclajus. *Apol. Th. 12. §. 2. p. 306.* refert, daß das Wort Sacrament denen Christen zu gebrauchen unzulässig sey; denn Er nicht eine einige Sache finde; die das Siegel und Pfand unsers Erbtheils genennet werde; als der Geist Gottes *Eph. 1. 14. IP. 30. II. Cor. 1. 22.* ac Baptismum & Sacramenta imperitè Græcos *μυστήρια* & Latinos Sacramenta dixisse, Liber. de St. Amor. *Epist. Theol. VII. p. 237.* censet.

§. XVI. Cur autem *Consistoriorum ortum* Papatui adscripserim, non vero juxta maledicum Censorem *perfrinxerim*, præter rationes in Disp. Inaug. adductas, hætenus incolumes, ex nostra Diff. *de Reliquiis Consistor. Proest. Rom. Cathol.* uberius videbit. Nec est, cur miremur, & Dn. Loscherum Protestantium Consistoria defendere, quandoquidem proprium interesse, & officii ratio, dum non cujusdam inferioris, sed omnium totius Saxonix Consistoriorum supremi, cui & Senatus Ecclesiasticus incorporatus est, Assessor, nisi Consiliarius est, svadet. Ac licet Dn. Titius P. des D. G. *Rechts I. 1. c. 6. §. 5.* existimat, Consistoria, esse judicia mere secularia, proindeqve eorundem Directorium Politicorum esse, fortassis tamen ordo Directorii tandem aliquando Clericos iterum & in specie Dn. Loscherum tanget, siquidem in Ducatu Brunsvic. Luneb. Wolfenbüttelano ante quadraginta circiter annos, & B. Brandanus Datrius, S. Theol. D. non solum Supremus Ecclesiast. Aulic. ac Abbas. Riddageshusan. sed & Consistorii Director fuit. Et apud nonnullos ambitiosos nihil fere superest, quam ut propter votorum libertatem, non solum politicos, sed & more hæbræorum, ipsos Principes etiam ab hac *כנסת הגדולה* *Synagoga magna* excludant, eosdem eligant, ac de rebus magnis tam religionem, quam rempublicam attinentibus cognoscant, soli etiam *Urim & Thummim* gerant, ut merum *ממלכת הכהנים* *Regnum Sacerdotum* constituat, siquidem & Sacerdotis & Judicis munus ipse etiam Samuel obiit. Verum hodiè non ita erit inter vos *Matth. XX. 25.* & si ministri Ecclesiæ cum Abiathar non alterum pedem, sed totum corpus in curia Consistoriali habent, Papo-Cæsariæ præbent exemplum. Dn. Thomaf. *Progr. ad Diff. de Jur. Princip. circ. hæret.*  
Id.



Id. Necht E. J. in *E. Et. part. i. Th. V. §. II.* Et hæc sunt illa, quæ  
 Dn. Cenfor, *quantum in ipso fuit*, tollendi *scandali causa* monere  
 voluit. Verum si non alio *quanto* gaudet, & *quantitas* virtutis  
 uti molis non recipit magis & minus, nullius erit momenti. *Pro*  
*vitando autem scandalo* veritati interdum detrahendum. *c. cum ex*  
*injunct. 2. Extr. de nov. op. nunc.* ac à Jure receditur *c. Deus. II.*  
*extr. de div. & hon. Clem. c. quoniam. 3. extr. de Jur. patron.* & Pha-  
 risæi audientes doctrinam, quæ eorundem præsertim defricabat  
 ulcera itidem *ἐσκανδαλίζοντο*. E contra quamplurima eqvidem,  
 hac occasione, non accepta, sed data recenferi possent scandala  
 quibus ipse Cenfor per varia sua scripta, Ecclesiam dedecoravit,  
 sed quemadmodum in contentioso hoc Seculo, ea nonnullorum  
 pessima ac depravata est indoles, ut propter levissimum sapius  
 opinionum discrimen. alter alterum non solum contemnat, &  
 calumniatur, imo odio nonnunquam prosequatur exitiali, sed &  
 perfidiæ ac inscitæ, & quod magis abominandum heterodoxiæ  
 & impietatis, ad minimum *scandali* inculpet, adeo ut & contra  
 ipsos haud raro amicos, atque collegas verborum instituere au-  
 cupium, illorumque famam & professionem turpitudinis quadam  
 macula iniquissime fœdare atque in glorias agere prædas, summæ  
 habeatur voluptatis loco, Auct. *Judicii*. de Joh. Rempenii. P. P.  
 Helmst. *Argument. Theol. Jurid. Philosoph. in Acad. Jul. propos. &*  
*à calumnia scandali vindicat.* illa autem, quæ sub vario crimina-  
 tionum elogio contra innocentes sapius, & nihil aliud peccantes,  
 quam quod non eadem ulna, i. e. formula, iisdemque syllabis  
 ac apicibus conceptus rerum emetiri velint, committuntur, ad  
 honoris furta referenda sunt. Jac. Brunnem. *Diff. de Furr. non*  
*agnit. §. 12.* ita multominus est, cur mirer, Censorem & nostram  
 Dissertationem hac *scandali* conspurcare voluisse *calumnia*, sed  
 apud cordatiores bruta fulmina sunt, & pro fulgure ex pelvi vel  
 vitro habentur. Dn. Thomaf. *J. D. Diff. proæm.* Hic enim est ille  
 prætextus, quo Clerici ad ligandas Laicorum manus, ne illorum  
 traditiones inquirant, sed ab ipsorum arbitrio dependeant, ple-  
 rumque uti solent, cum tamen ipsi sunt in culpa, quod plebs e-  
 jusmodi principiis sit imbuta, ut scandalum inde accipiat. Præ-  
 terea scandalum non datum, sed acceptum est, ob quod, pia &  
 hone-



honesti omitti non possunt, nec debent. Dn. Thomas *Diss. de Jur. Princip. circ. Adiaph. c. 2. §. 4. & 5.* Qui vero uti Dn. Loscherus *Erst. Fortses. der Geh. Ger. Wittenb.* contra Christ. Anonym. supra dictam *Billige Rettunge.* sub larva singularis cujusdam Zelotypæ pietatis, cum voto & precationibus proximum calumniantur, ut Deus, illos, qui eorundem nugis subscribere recusant, convertat, prorsus insaniunt, & potius ipsi suis precationibus, ut Deus ejusmodi hypocritis ac Pharisæis propriam superbiam, phantasiâ, ambitionem & reliquos cordis affectus pessimos, quibus præ aliis infallibilitatem & singularem affectant sanctitatem, proximum vero juste dissentientem odio & variis prosequuntur calumniis ostendat, ac depravatam hanc animæ indolem, quæ furorem pro Zelo divino habent, corrigat & condonet, indigent Dn. Thomas *Progr. ad Diss. de Jur. Princip. circ. haret.* & Titius *Ausführ. von Pabst. Mißbr. des Binde:Schlüss.* contra Just. Föllneri. Sed modus calumniandi per preces & abusum S.S. apud Clerum est receptissimus, & pro primario iniquitatis haberi meretur mysterio, quo omnem infallibilitatem affectat, nec à Laico corrigi volunt Dn. Thomas *Diss. de Jur. Princip. circ. haret. §. 71.* ubi etiam reliquas Cleri artes & fraudulentas machinationes, quibus ipsos etiam Principes suis præscriptis & tyrannidi in conscientias subjiciunt, recenset, quæ tamen neminem a recto veritatis sensu movent, etiamsi Clericatus super omne, quod dicitur Deus extollitur, & in templo Dei sedet, ostendens se tanquam sit Deus *II. Thessal. IV.* Interim mirum est, eos, qui placidissimam Religionis Christianæ mansuetudinem aliis inculcant, tam horridis scætantibus affectibus gestare animos, & in nullo hominum genere, præter Sacerdotale, plus reperiri ambitionis, avaritiæ, invidiæ, iracundiæ, contumaciæ, & ubi quilibet se suaque tanti facit, ut qui diversa sentire ausus fuerit, continuo æternis flammis addicatur, ne Deo quidem tam severas sententias rescindendi facultate relicta, inquit Monzamb. *Stat. Imp. Germ. c. 8. §. 6.* & Dn. Thomas cum B. Titio ad *h. l.* Ceterum quanquam Censor hæc capita recensuit, quasi *probari non possint*, nullis tamen contra hæc utitur argumentis, sed nuda verba adfert, prætereaque NIHIL.

Sect.



## SECTIO SECUNDA.

31

### §. 1.

**A**bsoluto itaque Dn. Loschero, instituti ratio nobis jam Dn. D. Gribneri supra dictam Dissertationem præfert, nec possum non, quin tantæ celebritatis Jctum & Pandect. P.P. Ord. t.t. Decanum Vitembergensem meam Dissert. Inauguralem, eruditissimis suis castigasse stricturis, mihi primùm gratuler; Idque eo magis, quo recordor, me eundem, cum ante tria lustra, in Academia Lipsiensi sub Præsidio Dn. M. Christ. Godofr. Moerlin, respondentis præma subiret vice munus, cum omnium applausu de *Qvæstione; An & quatenus Filiifamilias Jcto Maced. utentes tuti sint in conscientia* disputantem audivisse, commune etiam nonnullorum amcorum illo tempore fuisse augurium, Gribnerum aliquando alterum Tribonianum, qui teste Jac. Ravard, *Var. l. 1. s. 17.* Jus vetus & abrogatum pro novo mira fraude, ne dicam inscitia, nobis obtrusit, evasurum. Et cum præclaræ jam suæ eruditionis imprimis adversus qualescunque nostras Sacramenti in matrimonialibus reliquias ære perennius, Regaliqve situ Pyramidum altius exegerit, monumentum Dn. Auctori *der gelehrten Fame* decentes debeo grates, quod *part. 47. pag. 843.* Dissert. Gribnerianam, quum ejusmodi opellæ academicæ ad nos aut raro aut nunquam perveniant, sed ex aliis locis peti debent, referre voluerit, ne hoc demum facto imprimis apud Academicos tacendo, aut mutus aut consentire videar. Quemadmodum igitur Dn. Loscherus in sæpius dicta Relatione, frustra etiam jactitavit, *res matrimoniales suo pacto digne decenterque tractari posse, etsi ab omnibus Sacramentireliquiis abstinemus, neque tamen ad mere profana nos reduci patiamur;* Sic & ille in dicta jam Dissert. venditat, *ex Jure Protestantium matrimoniali multa perperam ad reliquias Sacramenti referri.* Miror itaque accerrimum hunc præjudiciorum hostem, qui non solum præjudicia Collegiorum Juridicorum, sed & ipsum Principum ex abusu Juris Justiniani orta, diversis refutavit Dissertationibus, ac *leges mairimoniales ab opinionibus & præjudiciis*  
Dd.



*Dd. iidem probe discernendas esse §. X. asserit, non semetipsum à præjudicio Auctoritatis Loscherianæ, nisi ejusdem singulari promotionis gaudeat patrocinio, quod, cum Commendatio meritum omnino necessaria est, & legibus Romanis passim laudatur, imo injuste agunt, qui dignum aliis non commendant Hahn. Dissert. de Simon. §. 5. data occasione, sine ambitu periculo, grato & obsequioso agnoscitur potest animo, liberasse, sed potius Placentiam quam Veronam accessisse, Rol. à Vall. vol. 3. conf. 12. n. 98. cum tamen Senec. Lib. de Vir. beat. c. 1. nihil magis præstandum esse existimet, quam ne pecorum ritu antecedentem sequamur regem, pergentes non quia eundem est, sed quia itur. Sed non negandum, dari etiam Jctos, qui metu Clericorum, præprimis non exigua, sed supremi Consistorii potestate pollentium, veritatem scribere aut dicere non audent, sed contra animi sui sententiam, illorum voluntatem & placita in suffragiis & libris suis servili adulatione sequuntur. Dn. August. Leyser. Diss. de Assentat. Jctor. §. 46. existimantes, plus esse in opinione quam veritate, l. 15. ff. de acquir. vel amitt. heret. & veritatem rerum, erroribus non vitiari, l. 6. §. 1. ff. de offic. præsid. licet præconceptam de aliorum auctoritate opinionum, qua non quid, sed quis dixerit? queritur, multorum errorum genitricem esse, G. G. Titius Ars Cogit. c. 4. §. 18. & consecutionem veritatis quam maxime impedire, Dn. Thomaf. Jurpr. D. Diss. proam. §. 22. dubio caret. Sed quid est veritas? inquit Pilatus, & hodie respondetur, periculosa alea atque odii plenum opus. Haud enim satis in hoc negotioso seditiosoque rerum humanarum tumultu, quo sibi imperante more, tam magnopere placent omnes, & parent universi, constat, an fas sit, cum multis bonis sentire, quæ velis, & quæ sentias cum paucis exprimere. Verum licet nostro etiam Seculo peculiare crimen, & recepta in pessimis consuetudo est, mutam quoque veritatem expavescere, obloqui & calumniari, omnisque eruditionis & veritatis, maxime est contentiosa possessio T. Fatid. ad Dolob. Merc. Cod. 1. §. 1. haud tamen possum, quin & contra varia Dn. Gribneri præjudicia & opiniones & meum jam defendam pulchrum. Libertas enim Philosophandi non tantum salva pietate & reipublicæ pace*



33

pace concedi, sed nisi cum pace Reipublicæ & pietate tolli non potest. Sed ad rem. Primum itaqve Dn. Gribnerus §. 1. asserit: *vix ullam de LL. institui posse disceptationem graviolem, quam quæ de earum Orthodoxia suscipitur.* Et hoc quoad Orthodoxiam hodiernam, quæ alia est apud Romano Catholicos, alia apud Reformatos, alia apud Lutheranos, & inter hosce iterum, alia apud *ym.* Hallenses, Helmstadienses, Giessenses, Rostochienses, & reliquarum Universitatum Lutheranarum Facultates Theologicas, imo alia atqve alia apud singulos, juxta Dn. Lofcheri *Thim. Verin. in part.* 1. hodie controvertentes Dd. cuiqve tandem aliquando Excell. Dn. Thomaf. Dn. Enn. Rud. Brenneysen/B. Gottl. Arnold/ cum Dn. Dippelio larvam veritatis divinæ, quæ singulæ insultant, detraxerunt, ambabus largior manibus, quod si vero LL. juxta orthodoxiam primævam examinabis, omnis certe gravitas sua sponte avanescet. Posteaquam enim hæc, receptis in gremium Ecclesiæ Philosophis, à prima Christianorum simplicitate & charitate recessit, & inter varia honoris vel dedecoris potius certamina primum disputari, postea diversis sibi placere opinionibus cœpta est, donec in errores incideret crassissimos, ut dubium fecerit, plusne ab Apostolis didicerit simplicitatem Evangelii, quam à Philosophis subtilitatem disputationis, pro pietate vero pervicaciam & discordiam, inter tanta opinionum Theologicarum certamina hodie iere nullam habemus, sed quemadmodum Christiani primævi veram orthodoxiam per fidem, spem & charitatem ipso facto præstiterunt, sic hodie eandem per varia Symbola, Systemata & Compendia, Commentaria & Postillas, ne peritura parcatur chartæ, sed commercium fidei vendibilis tam apud Theologos quam Bibliopolas, non sine ingenti lucri spe floreat, tantum scribunt Theologi, dictaturam Sacram exercentes, & non solum quoad hujus & verbi divini explicationem, sed & dinundinationem juxta Francofurtensium & Lipsiensium anniversarios librorum catalogos nundinales, sibi vindicant monopolium. Hinc & pro diversitate opinionum & Symbolorum facillimo negotio ex orthodoxo, heterodoxus & schismaticus, vel plane hæreticus ac

E

atheus



atheus, & viceversa fieri, imo duæ vel plures etiam Religiones diversæ simul hæreticæ & orthodoxæ esse possunt. Quicquid enim alter pro orthodoxo habet, alter pseudorthodoxum & vice versa dicit. Hinc Orthodoxia hodierna merè Chimærica & Amphibia est, quæ dum verbum est, tanquam nummi valet. Quamquam non negem dari adhuc apud nos orthodoxiæ reliquias, quas hæctenus Dn. Joach. Sage per *Aufricht. Nachricht. it. Gestalt des Kreuz-Reiches Christi à Pseudorthodoxia Lofcheriana probe distinxit.* Et cum Dn. Censori eadem itidem videtur suspecta, primum ad *verbum divinum*, ac dein ad *puriores* provocat *doctrinam.* Au vero apud Vitembergenfes hæc imprimis constet, eorundem tam pristina cum Helmstadiensibus, quam recentiores commonstrant controversiæ; Interim nemo sanæ mentis, *Constitutionibus principalibus*, hanc temere status controversiam movebit, modo & alii earundem navos, non bruto defendant impetu. Qui enim hic LL. nimium tribuunt, & manifestos etiam errores, quia partem Juris constituunt, amplectuntur, veritati divinæ, cujus major etiam quam Juris cura & veneratio esse debet, detrahunt, inquit ipse Dn. Cenfor § 2. Sic & inter LL. *iniquas, duras, & non satis æquas* quammaxima est differentia, & juxta normam divinam, sive de voluntate sive potestate Principis disputetur, utraqve prius examinandæ, quam easdem promiscue sequamur. Imo ridiculum est, *illas LL. quæ doctrina caelesti repugnare dicuntur, hæreticæ pravitatis macula adspergi.* Possunt enim LL. existere, quæ æquidem dictæ doctrinæ repugnare videntur, haud tamen statim pro hæreticis habendæ, nec recordor nos LL. Protestantium matrimoniales, quatenus ratione Sacramenti nituntur hæreticas dixisse. Talis enim solummodo est genius Hæretificum Vitembergenfium, qui in Syllogismo hæreticali, non solum Majorem ac Minorem, sed & ipsam Conclusionem, per compelle intrare formant. Excell. Dn. Thomaf. *Diss. de Jur. Princip. circ. hæret. §. 4.*

§. II. E contra temeritatem & intempestivam censendi libidinem merito improbandam esse, non nego. Quo autem affectu nostram imprimis adorsus est, *Dissert. inaugural.* ipse sciet, & for-



fortassis jam diximus, & infra porro constabit. Hinc cum fueris Censor, primum te crimine purga, nec tua te damnent facta nefanda reum; Siquidem & Leguleiorum servilis adulatio & superstitiosus legum cultus, quem singulae fere produnt paginae, damnandus est. Nec via illa mihi videtur media, qua illas tantum relinquimus LL. quae aperte doctrina divina contradicunt, reliquas vero non facile sollicitamus. Formidolosior enim saepius hostis latitans, quam apertus, & ex neglecta hac LL. sollicitudine, tantas Papismi tam in Ecclesiasticis quam Politicis adhuc habemus reliquias, quae nisi successu temporis, ipso facto, & deficiente saltem nomine ad Papismum retrocedere velimus, erui debent, cum angvis sub herba lateat. Verum quid inquam? De occultis non iudicat Ecclesia, & illa quae Vitembergenses heterodoxa dicunt, raro hoc nomen merentur. Hinc & eorundem cautio, quando ex jure Clericali, Justiniano & Canonico, illae tantum servandae leges, quae illorum Orthodoxiae conformes sunt, à contrario exigui profus erunt momenti. Interim de auctoritate & amplissimo usu juris utriusque, Excell. Dn. Thomae. *Tr. de Navis Jurpr.* & B. Titius *Prob. des D. G. Rechts l. 1. c. 2.* videri possunt. Alii etiam in commemorandis legibus heterodoxis non parci & providi, sed negligentes potius sunt, ac nonnunquam errores manifestissimos evidentesque à puriore doctrina dissensiones vel praetermittunt, vel etiam defendunt.

§. III. Qui vero illa rejiciunt, quae falso nituntur principio, nihilque in foro admittere volunt, quod non justo ac legitimo constat fundamento, alia via incedere, & ita *Jura communia, quam Principum constitutiones haereseos reddere suspectas dicuntur.* sed Dn. Censor heterodoxiam cum haeresi, quae toto caelo differunt, confundere, nec potestatem, aliquem haeticum declarandi, neque Jctis neque Clero, sed solo competere principi Dn. Thomae. *Jurpr. divin. Diss. proem. §. 1.* recordari videtur. Et posito nastrates etiam non solum dictas Sacramenti reliquias, sed & ipsum matrimonium pro Sacramento proprie dicto habere, minime tamen Pontificiae religioni addicti pro haeticis haberi possunt, *Carpz. Jurpr. Ferens. p. 3. c. 14. d. 10. n. 4.* Siquidem in his tri-



bus Ecclesiis, quæ in imperio Romano tolerantur; hoc fundamentum salutis reperitur commune: Quod filius Dei carnem humanam adsumserit, & in ea passionem & mortem subierit, ut pro nostris peccatis satisfaceret, Deum placeret, & vitam æternam nobis promereretur, & propter hunc Jesum Filium Dei nobis remitti peccata, quando eum fide apprehendimus. Brunnem. *Jus. Eccles. l. 1. c. 6. m. 1. §. 29.* unde de illorum salute, nemo male ominari vel pro hæreticis habere potest.

§. IV. Et si *JCtis de Orthodoxia LL. Dispectio, & facultas eandem ad verbi divini normam exigendi non deneganda*, omnis tamen disquisitio erit frustranea, si non definire audent, quid orthodoxum vel contra haberi debet, & Collegia Juridica cum Judiciis atque subditis ad ipsos Principes, qui tamen in ejusmodi negotiis iterum *JCtos* adhibent, recurrere deberent, cum tamen imprimis æthiologicam & doctrinalem, cur nempe lex ita disponit, concernat interpretationem, quæ *JCtis* propria est, Hahn, *ad We-semb. l. 1. t. 3. n. 8.* & ad forum pertinet.

§. V. Non solum etiam *Jurisprudentiam Romanam papizante*, sed & quod magis abominandum, paganizare, Celeberr. *JCtus* Rinthelenf. Dn. Kistnerus, in diversis Dissertationibus ex fundamento, & quamplurimis exemplis non negandis optime docuit, nec præsumi quidem potest, eundem cum aliis hæc suscepisse operas, ut cum *Corvini à Beldern Justiniano Catholico certare videatur*. Etenim summa requirit necessitas, ut Lutheranorum *Papatus*, tandem aliquando reddatur palpabilis, siquidem Excell. Dn. Thomas, *Vind. Jur. Majest. circ. Sacra, §. 59.* optime quondam auguratus est. *Fiet enim, & certe fiet, ut si eruditi aliarum facultatum, jura Principum tueri, atque Papatum Ecclesiarum Protestantium detegere nolint, id tamen facturi sint Politici ac JCti, utpote ad quos etiam primario ea res pertinet.* Quod si vero alii ostendi possunt fontes, quibus variæ conclusiones Papizantes, vel ut cum Dn. Censore loquar, Papifizantes nituntur, earundem probabilitatem & certitudinem ab eodem expectabimus. Posito etiam sed minime concessio doctrinam, *Principibus jus aggratiandi in homicidio denegantem, Clero Pontificio non deberi*, ab hoc tamen exemplo, ad reliquæ



liqvias Sacramenti manifestissimas, vix argumentari licebit. <sup>37</sup> Opiniones etiam illas matrimoniales, quas improbavimus *non ex reliquiarum fonte ducuntur, ut improbantur*, sed improbantur potius, quia ex ratione Sacramenti promanant, ut ut Dn. Loscherus pariter calumniatur, *nos quicquid emendatione dignum visum est, ex hoc fonte derivare*. Et si reliqua Jurisprudentiæ tam Ecclesiasticæ, quam civilis, imo ipsius Theologiæ nostræ percurre vellemus capita, quamplurimæ aliæ forsitan ostendi possent Papatus reliquiæ.

§. VI. Circa disquisitionem vero harum reliquiarum Sacramenti matrimonialium, nonnulla ex Theologorum etiam Scriptis haurienda sunt, quæ Dn. Cenfor *sui non esse fore* existimavit. Verum licet in Academiis ratione lectionum certæ constitutæ Facultates, extra hasce tamen neque Jcto vel Medico prohibitum est, qui in Theologicis suas consignent opiniones. Dn. Thomaf. Recht E. F. in Theol. Streit. part. 2. th. 7. Post hæc Dn. Cenfor etiam putat, nostras rationes non evincere, quod *vox Sacramenti commode, & cum ingenti fructu & insigni emolumento rejici possit*, Lutherum non eandem habuisse sententiam, & loca allegata jam Bellarminum exhibuisse. Cur autem rationes nostræ *non evincant*, non addit, & si solæ voces hæ, easdem refutare possunt, quid obstat, quo minus iisdem debitum præstemus obsequium? Quoad Lutherum conferri possunt antecedentia & consequentia, cum ipsa occasione, quæ loca allegata scripsit, & de ejusdem sententia uberius constabit. Et licet Bellarminus ex Luthero eadem hæc attulit loca, quid ad nos? qui rei veritatem scrutamur. Quicquid etiam Ecclesia in re matrimoniali docet, Jcti ex cæca obedientia vel negligentia per fidem carbonariam supponunt, Theologi evincunt, Jcti vero credunt & sequuntur, non semper pro veritate infallibili venditari potest. Sic & non quæritur, an Corv. à Beldern de Zwinglio, sed an ipse Zwinglius matrimonium Sacramentum esse, scripserit.

§. VII. In doctrina etiam de matrimonio, etiamsi nostrates illud pro Sacramento non habent, nihilominus quamplurimas latere Sacramenti reliquias, atque à nostris defendi, licet nullo alio solido nitantur fundamento, nonnulli cordatiores nobiscum ha-

E ;

ctenus



Stenus agnoverunt. Haud etiam potui, quin olim eadem, quantum tunc temporis fieri potuit, colligerem, ac peculiari Differtatione illas iudicio omnium exponerem, an vero *exagitationem* sanioris iudicii Censores iudicabunt.

§. IIX. Unde etiam nisi *graviter*, tamen calumniosè nos *accusat* Censor, ut ejusdem refutatio reliquiarum gravior vel gravissima videri possit. Notatu autem dignissimum, quod saltim speret, se evidentè demonstraturum; *Quæcunque circa matrimonium leges nostræ cavent, sine illa hypothese de Sacramento exponi & idoneis rationibus confirmari posse.* Sed fallitur augurio spes bona sæpe suo, & cum Aristoteles interrogaretur, τὴν ἐπιπέδου ἀπάντησιν ἐλάττωσιν, quod responsum Alciat. in l. *conditionales. vers. qui spem. ff. de V. S. & Platoni* tribuit. Ne itaque B. L. hanc itidem spem emat, vel eadem decipiatur, rem ipsam jam aggredior.

§. IX. Ne autem Dn. Censor dicto jam suo fine defraudetur, nonnullas cautiones, quibus speciem Sacramenti ejusdem reliquiis detrahere conatur, præsupponit, & quidem (1) *ne quicquid de matrimonio aut canonicis aut constitutionibus Pontificiorum sanciant, id omne ad reliquias Sacramenti pertinere, & ex hac hypothese enatum esse putemus.* Hæc autem cautio est probanda non præsupponenda. Quod si vero præsupponamus, certè non est, cur Dn. Censor tanta de reliquiis Sacramenti fecerit verba, Præterea nunquam diximus, *quicquid* de matrimonio in canonicis & constitutionibus sancitum, *id omne* ad reliquias pertinere, sed in *Diff. Inaug. Proleg.* tantum adduximus, non paucas reperiri decisiones, quæ ex nullo alio principio descendunt, & *rubrum Diff.* itidem plerorumque tantum *non omnium & quarumlibet* conclusionum mentionem facit, unde etiam in ipsa *Diff.* nonnulla tantum doctrinæ matrimonialis attigimus capita, maxima ejusdem parte relicta; Interim non negandum, Pontifices cum non vanè conjicerent, sibi Cleroqve suo multum lucri accessurum, si causas matrimoniales ad forum Ecclesiasticum pertahant, nihilominus tamen videbant, Jus civile hoc negotium matrimoniale tanquam maxime civile, uti quoque in se & sua natura est, respicere,



spicere, eosdem per arcana Politicæ Papalis, ad res sacras traxisse, & matrimonium Sacramentum dixisse Excell. Dn. Thomaf. ad *Monzamb. c. 5. §. 13.* Hoc autem feliciter peracto, non potuerunt, quin excogitata huic hypothefi & reliqvas de matrimonio & fponfalibus, ubi opus erat, nec aliam rationem dispositionis invenire potuerunt, superfruerent doctrinas, ne cum natura fidei hujus Sacramenti pugnarent, sed minimum in qvamplurimis eidem conformarentur. Qvanqvam vero noftrates fapius dictum principium rejecerunt, nihilominus tamen cum ejusdem connexionem fere perpetuam cum qvamplurimis conclusionibus non adverterent, nec paucas eo ipfo fufceperunt reliqvas, unde etiam Excell. Dn. Thomaf. ad *Monzamb. c. 8. §. 8. lit. o.* optat: *utinam rejecta hae fententia apud noftros Theologos & Jctos non in doctrina de matrimonio multa conclusiones exinde profuertes remanferint.* Ceterum nunqvam credidi omne illud, qvicqv id diffentietes circa Sacra nobiscum commune habent, erroneum & fufpectum effe, fiqv idem eo ipfo & noftras rejicerem fapius doctrinas, licet non negari poffit, nos cum doctrina puriore, nonnullos etiam errores affumpfiffe, & Lutherum nonnulla etiam fuis fuffefforibus reliqviffe reformanda. Interim cum Luthero *Tom. 2. Germ. wittemb. ad duos monach. fol. 230.* & *Tom. 4. Germ. Jen. fol. 320.* fatemur in Papatu multa effe bona Christiana, imo omne bonum Christianum, atqve inde etiam ad nos profluxiffe, Sacramentum altaris, veras claves ad remittenda peccata, verum prædicandi officium, verum Catechifmum &c. Qvoad *Jus Canonicum* vero inter Proteftantes nonnifi qvatenus orthodoxum eff, receptum, non negari poteff, nos rejectis licet principiis papifticis nihilominus eorundem qvamplurimas etiam recepiffe conclusiones, dum harum rationes atqve fundamenta non fatis curatè inqvifiverunt.

§. X. Pro cautione (2) Dn. Cenfor etiam *LL. matrimoniales Principum ab opinionibus & præjudiciis Dd. probe vult diftingvi.* Nihil tamen obftat, qvo minus & illæ Principum *LL.* quæ ex hisce præjudiciis & *Dd.* opinionibus, utpote qvi plerumqve, non vero ipfi Principes *LL.* componere folent, profluxere, & cum ipfis præjudiciis ac dictis opinionibus reliqvas Sacramenti alere di-



dicantur. Hinc & traditiones Interpretum & qua usus fori introduxit, pariter ad nullum aliud quam Sacramenti principium referri possunt, idque soli negligentiae & socordiae Dd. adscribendum esse, in *Prolegom. Diss. Inaug.* uberius deduximus. Et si JCTi alios & graviores admiserunt errores, facillime & hoc defraudari potuerunt principio, cum vel ejusdem non meminissent quidem, vel remoto saltim principio illo, matrimonium esse Sacramentum, de connexionione conclusionum, & quod ejusdem ex hoc principio sint indolis, ne cogitaverunt quidem.

§. XI. Sic & Dn. Cenfor (3) sibi concedi postulat, fieri posse, ut qua forte ex hypothese de Sacramento matrimonii à Pontificibus constituta sint, sine illo tamen prejudicio & justis ex causis inter nos serventur, idque omnino negari non posse putat. Quod si vero non concedam? Possit enim aliquid dicimur, quod commode fieri non potest. Et cum hoc ipso Dn. Cenfor fateatur, à Pontificiis ex hypothese Sacramenti nonnulla constituta esse, qua & nostrates sequuntur, non est, cur de hoc disputemus puncto. Non enim est quaestio de solo posse, sed quam bene. Si etiam eadem LL. ex diversis principiis atque causis in diversis civitatibus obtinent, earundem tamen principium primum & adaequatum, per hunc usum non redditur diversum, sed manet idem. Saniores autem quasvis res atque LL. ex primis suis principiis, atque causis deducunt, nec causas alienas curant. Alia etiam est causa, quare lex recipiatur, alia, quare ita & non aliter disponat. Ob quam causam aliam vero id nostris Principibus etiam placere potuit, quod Romana Ecclesia propter Sacramentum placuit Dn. Cenfor non addit. Hinc vel sic volo, sic jubeo, vel negligentia JCTorum, qui LL. earumque principia haud satis curate ruminati sunt, tamdiu manebit, donec producat alia. Quarum etiam LL. conclusiones nihil erroris continent, ipsae etiam LL. sine errore erunt, & vice versa. qualis enim causa talis effectus, praeripimus si primi constituentes juxta Cenforem ab errore non fuerunt immunes, & ob errorem etiam ita disposuere. Nec parum sed maximum refert nosse, quo animo aut qua ex causa & hypothese quid quisque dixerit, si ejusdem



dem intentionem assequi velimus, quandoquidem hæc indagatio non solum quoad integra Scripta, sed & singulas LL. in eorundem interpretatione summe necessaria est. Nec sufficit modo ipsa *Sententia aqua sit & justa*, de quibus, ignota Auctoris intentione & hypothese ne judicari quidem potest. Occurrunt enim & LL. & integra Scripta, quæ quoad exteriora, omni justitia & æquitatis laude digna videntur, quod si vero eorundem examinemus hypotheses, sapius periculi plena esse solent. Et ipsum *Jus Canonicum circa matrimonia* nobis egregium offert exemplum, quod certe sine præjudicio Sacramenti retineri non potest, & quammaxime *ad rem pertinet, quam ob causam inter Pontificios ita sit constitutum*, ut de vera origine LL. constet. Unde etiam nostræ *constitutiones matrimoniales* præjudicium Sacramenti effugere non possunt. Non enim sunt inspiratæ, nec ab ipsis Principibus, sed illis, quibus hoc negotium demandarunt, conscriptæ. Utrique vero cum Justiniano & Triboniano, ut homines errare potuerunt.

§. XII. Inter varios autem errores, qui ex falso Sacramenti promanaverunt principio, porro referri meretur, vulgiva illa *matrimonii Spiritualitas*, cum tamen nec ullum inter matrimonium & aliud quoddam negotium in vita civili occurrens verum subest discrimen, multominus quicquam Spirituale habet, uti supra *Sett. I. §. 9.* constat. Nec lis est *de solo termino*, seu spiritualitate nominali, sed reali, dum eandem ex institutione, conscientia, vinculo, ac jure sumunt, & in praxi etiam quoties favore matrimonii pœna mitigatur, in specie addunt, zu Ehren dem heiligen Ehe-Stande. vid. Excell. Dn. Klein. *Vol. Disp. Jurd. Disp. 10. de favor. matrim. in mitigand. pœn. von gelind. Bestraff. zu Ehren dem heiligen Ehe-Stande. Cap. 1. n. 53.* De *Proclamatione Sacerdotali*: nil addam, modo observemus, vix ac ne vix quidem occurrere *Protestantium Constitutionem matrimonialem*, quæ matrimonium, non itidem pro Spirituali habetur, imo ex hac ipsa Spiritualitate causas matrimoniales etiam ad Consistoria referunt, quorum certe eadem de hac re est philosophia, & praxis, ac Dd. Hæc autem denominatio ex nullo alio, quam *Sacramenti fluit*

F

prin-



*principio*, etiam si decies vel quinqvies, *'de illo protestemur.* Sic & illis non ipsa *Sacramenti hypothesis*, sed falsæ ejusdem conclusiones tribuuntur, ac *character spiritualis* illometipso nititur principio, nec non, quod res matrimoniales in *judiciis Ecclesiasticis*, quæ itidem matrimonium non reddere possunt spirituale, agantur. Si enim res, quod fori Ecclesiastici sint, spirituales dici possunt, etiam reliquæ res hac gauderent spiritualitate, deflorationes & similes.

§. XIII. *Distinctionem Jurisdictionis Secularis & Ecclesiastica* itidem ad reliquias papales pertinere, ac à Romanensibus quidem adinventam, sed S. S. prorsus incognitam esse, & ex corrupto Christianismo ortam, ex Imperatorum conniventia autem sua sumpsisse incrementa, fufius Dn. Ludovici *Diss. de Jud. in caus. Princip. Protest. matrim. §. I. seqq.* It. Einleit. zum *Consistorial-Proceß cap. 2.* nec frustra ostendit. De *voluntate & arbitrio Principum Protestantium* vero, non est sermo, & praxis quotidiana docet, causas Ecclesiasticas pro diversitate provinciarum vel civitatum, mox in specialiter constitutis *Judiciis Ecclesiasticis* tractari. Id etiam certum, quàm quod certissimum est, per *Reformationem* non omnes nexos tolli potuisse, & Lutherum relictis plerumque conclusionibus, quæ ex principiis pontificiis promanarunt, illos tantum tetigisse, qui crudiores videbantur, adeoque suis quamplurima adhuc reliquisse *Successoribus* reformanda. Cum vero hi, ut & ipse Lutherus tempora sua variis impendere cogentur controversiis, & per *visitationes Ecclesiasticas*, ante *Consistoriorum* constitutionem, non omnes componi poterant res, sed multa partim inordinata, partim more antiquo, nisi quod sub *Principis summi* non *Papæ*, revera tamen *Clericatus Lutherani* nomine fiebant, quum administratio rerum Ecclesiasticarum in recenti adhuc fuerit memoria papalis, credebantque earundem *Distinctionem* inter *Spirituales, Sacras, & Sanctas* res, quam Dn. *Kestner. Jurpr. Paganiz.* ex *Ethnicismo* deduxit, nihil præjudicii alere, & hac occasione abjectam *Jurisdictionem Ecclesiasticam* papalem sibi iterum arrogare posse, novam hanc *Jurisdictionis distinctionem* retinerunt, & ut inter *Protestantes*



testantes etiam nonnulla constituerentur Judicia Ecclesiastica, quibus propter fictas conscientiae res, ac spiritualitatem sese ingererent, effecerunt. Ac licet nonnulli Protestantium *sapienti Theologorum imprimis consilio & ob justissimas causas* Consistoria ordinaverunt, non minori, nisi potius majori tamen sapientia atque justitia, alii Protestantium nulla constituerunt Consistoria, quas plerumque illi non persequuntur, qui Sententiae priori adhaerent. Qui vero non *videre potest, quid in hoc cuiquam Jure displicere possit*, vel conspicio illo utatur, vel solis tantum palpet manibus, quantos Hierarchiae Lutheranae reddat effectus. Non etiam illa, quae nobis cum Pontificiis communia sunt, nec principiis nostrae politicae ac Religionis repugnant, improbamus, sed contraria tantum. Et si ex hoc, de communione nonnullorum principiorum argumento, Consistoria defendi possunt, & reliqua omnia papatus dogmata, quae angue pejus abominamur recipi debent. Disparitas *jurisdictionis Ecclesiasticae* usus apud nos & Pontificios exigui prorsus est momenti, nisi quod apud hos omnia nomine Papae, apud nos vero sub larvata Principum auctoritate fiant, & Clerus noster ipsis Principibus merum relinquit obsequium, & executionem, uti & tempore Justiniani factum, qui quidem de rebus Ecclesiasticis varias dedit leges, revera tamen Clerus easdem composuerat, & Imperator iisdem tantum solum nomen dabat. Et haec, nec non, cur *Theologi a judiciis arceri debeant*, Dn. Censor non videre potuit. Sed o! *miseras hominum mentes & pectora caeca. Qualibus in tenebris vita, quantisque periculis degitur hoc aevi, quodcumque est*, posteaquam Papo-Cæsaria tam altas egit radices, nec eandem cum variis praesudiciis, quae Principibus exinde contingunt, Pandectarum Professor palpate potest, sed se cum illis, qui Theologos in Consistoriis necessarios dicunt, principiorum divinae ac verioris doctrinae ignorantem dicit.

§. XIV. Et ex hac praesentia JCtorum ignorantia, quae definitionem causarum juxta LL. divinas, soli relinquant Clero, juxta Censorem etiam est, *quare controversia matrimoniales in judiciis Ecclesiasticis perorentur*. Sed utut JCti Vitembergenses illud credunt, & sequuntur, quod eorundem Theologi dixerunt, reli-



qui tamen non sunt ejusdem cæcæ obedientiæ & stupiditatis, quæ  
 sese LL. divinas ignorare profitentur. Si enim ex nostra hypo-  
 thesi S. S. non obscura, sed in rebus fidei clara, quid obstat, quo  
 minus & Jcti juxta hanc perspicuitatem nonnullas definire pos-  
 sint causas? Verum, quemadmodum per arcana politiæ papa-  
 lis ad causas Sacras multa sunt tracta, quæ antea erant mere secu-  
 laria, ut causæ matrimoniales, juramentorum Excell. Dn. Thomas,  
*ad Monzamb. c. 5. §. 13.* ita etiam apud nos potius ex reliquiis  
 papatus, quam dicta Jctorum ignorantia est, quod causæ matri-  
 moniales in Consistoriis dijudicentur, cum & ille prætextus, quod  
 res conscientiæ dicantur, nullius est momenti. vid. nost. Dissert. *de*  
*reliq. Consist. Protest. Rom. Cath. §. 15* Licet ob inveteratam hanc  
 de conscientia circa matrimonia opinionem, olim magistratus po-  
 liticus omnem circa causas matrimoniales jurisdictionem negligit,  
 & eo ipso Clero optimam præbuit occasionem, quæ eandem  
 quasi rem nullius, occupare iterum potuerunt Erasm. Sarcerius  
 Einsalt. Bedenc. von Christl. noth. und nuzl. Consistorien. Tit. von  
 der VI. Uhrsach. Quum igitur hodie nobis exceptionem præscri-  
 ptionis, monopolii cum S. S. & rebus Conscientiæ, nec non Dn. Cen-  
 soris propriam LL. divinarum ignorantiam confessionem, objiciunt  
 ipse fere dixerim, injuriam facere illos, qui & nos, ex causis ponti-  
 ficiis, Clero in decisionibus matrimonialibus aliquas reliquere, par-  
 tes, asserunt, nisi omnes defenderent saniores hæc Clericorum  
 partes integrales, ex arcanis politicis papatus, quibus matrimoni-  
 um Sacramentum dicitur, promanasse. Ac licet Dn. Censori fig-  
 namentum esse videtur, hodie propter hoc principium *causas ma-*  
*rimoniales ad judicem Ecclesiasticum* vel Clerum potius remitti,  
 primum tamen hæc consuetudo originem papatui debet. Unde  
 etiam Dn. Censori nec causa Spiritualitatis placet, & ubi promif-  
 sas alias reddere nequit rationes, quare hoc vel illud argumen-  
 tum ad reliquias matrimoniales perperam referatur, apud eundem  
 stat pro ratione voluntas, quæ tamen nobis minime sufficere  
 potest. Hinc & ipse Censor alias, quare juris divini periti meri-  
 to in consilium circa causas matrimoniales adhibentur, subjun-  
 git rationes, imo ob hanc solam interesse, Clericos habere Con-  
 sisto-



45  
sistoriorum Assessores *ne reliquia Sacramenti per imprudentiam admittantur*, asserit. Quomodo autem cum hac ratione illud cohæreat contrarium, tantum abesse, ut consilium hoc Principum Clero etiam in matrimonialibus nonnullas relinqvens partes, ad reliquias possit referri, quilibet videt, dum sibi metipsum contradicens Censor reliquias Sacramenti pro fundamento arbitrii Principum habet.

§. XV. Perperam etiam ad reliquias Sacramenti referri putat Gribnerus, quod *causa Sponsaliorum in judiciis Ecclesiasticis peragantur*. Verum enim licet Excell. Dn. Bohmerus, quem tamen evolvere haud licuit, negat, in Sponsalibus adesse Sacramenti rationem, tamen propter connexionem, quam Sponsalia cum Sacramento matrimonii habent, fieri dicit. Connexa autem habentur pro uno, & utrorumque idem est iudicium, quia ex connexionem eandem assumunt naturam. Unde etiam sponsalia de presenti non solum pro matrimonio, & Sacramento initiato seu inchoato Carpz. *J. E. l. 3. s. 25. d. 57. n. 14.* sed & vero habentur matrimonio *Id. l. c. l. 2. t. 2. d. 17. n. 6.* & si nos *c. 1. X. de spons. duor.* parum adjuvat, ipsum tamen rubrum, quod de Sponsa non uxore duorum agit, non nihil nos adjuvabit, quum ibidem sponsalia ob Sacramentum non rescindi debere dicitur. Et post hoc non probare, quod debet, Censor tamen *c. ult. X. de Transact.* nec non allegatos Lancellot, Ziglerum, Stryck. & Gerhard. intactos reliquit, & nullam aliam denuo suppeditare potuit rationem, quam liberam Principis voluntatem, & quod sponsaliorum decisio juris divini requirat præsidia.

§. XVI. Divisionem *sponsaliorum de presenti & futuro* non minus de Sacramento suspectam esse, ipse confitetur Gribnerus, cum satius esse, ea non uti, existimat, si hæc suspicio hac declinari possit ratione. Et cum Lutherus eandem *Ein Narren-Spiel* dixerit, ejusdem ultionem discussionem Gribnero relinquo. Nobis sufficit ostendisse Carpzovium, contra quem imprimis agimus, hac divisione sæpius adhuc cum aliis uti, & eo ipso reliquias Sacramenti admittere, sive ex jure divino sive canonico adhuc alias addant rationes. Quod enim sponsalia de presenti sint matrimonium



monium inchoatum sæpius pro ratione decidendi in diversis adhibetur causis.

§. XVII. Exemplum habemus in *sponsalibus de presenti posterioribus, quæ prioribus de futuro*, quia illa pro matrimonio & Sacramento inchoato habentur *preferri solent*; Si quis enim cum una contraxit sponsalia de presenti, cum alia de futuro, tunc ea, quæ de presenti sunt semper potiora habentur, five priora five posteriora sint, *c. 31. X. de sponsal.* idque ob vinculum conjugale seu Sacramento, quod subest, *c. 15. eod. c. 1. X. de spons. duor.* & Carpz. *l. c.* hæc in in re Canonistas ac interpretes sequitur, sibi metipsum contradicens.

§. XIII. Quod *sponsalia posteriora pure contracta, prioribus conditionatis preferantur*, Censor errorem, nec illud *c. X. de sponsal. in 6. & c. 1. X. de spons. duor.* conficere dicit, cum utrumque posteriora de presenti, priora vero de futuro supponat. Verum licet textus ultimus haud adeo clarus, ac prior, tamen à Canonistis plerumque combinari solent, & Brickner. *Decis. matrimon. c. 4. n. 15.* eundem cum Consil. Theol. Vitemb. *p. 4. t. 2. pag. 44. seqq.* allegat, Carpz. vero sibi metipsum iterum quoad hoc argumentum contradicere videtur. Interim ratio Sacramenti ex eo iterum constat, dum Canonistæ per sponsalia de presenti atque pura matrimonium & ita Sacramentum contrahi dicunt, ad quæ Censor nihil respondit, sed more consuetudo vel per *avros & Pa* definit, vel tantum putat. Sic & non omne quicquid circa sponsalia minus recte traditur, ex hypothesi Sacramenti derivamus, sed quicquid circa sponsalia minus recte traditur, ex hypothesi Sacramenti derivamus, & quicquid ex hoc promanat, minus recte tradi diximus.

§. XIX. De non *adhibendo Parocho in sponsalibus* jam supra *pag. 19.* diximus, & quanquam divinæ jubent literæ, Sacerdotes honeste alii, neque *obturari os bobus eritulantibus*, Monzamb. *l. c. c. 8. §. 9.* tamen sponsaliorum fercula in nuptiis & baptismo componari possunt. Sit etiam Parochum tam apud Pontificios, quam Protestantibus non semper ad sponsalia requiri, ubi tamen Pastoris præsentia requiritur, præter rationem Sacramenti, nulla melior quoad



quoad originem hujus constitutionis vel consuetudinis dari poterit. Nam quemadmodum apud pontificios nullum absque Sacerdote fieri potest Sacramentum, sic & inde presentia parochi in sponsalibus etiam requiritur, & ex hoc principio etiam sponsalia clandestina indistincte pro invalidis habentur. Ac cum hac occasione dixerim, *constitutionem Saxonicam*, quæ ex contrahentium confessione sponsalia clandestina itidem non conualescunt, pariter *Sectarium doctrina de Sacramento*, esse, nec aliud solidum inveniri posse fundamentum, imo constitutiones illas *omni sane rationi contrarias esse*, Gribnerus autem easdem jam pro aris & focis defendere conatur, fere hariolari ausim, eundem esse illum *ἐκδι-  
κων εἰς ὀργήν*, qui juxta Relationem Loscherianam, Ordinationem Ecclesiasticam Saxon. ex instituto vindicare debuit. Verum vindicta nemo magis gaudet quam femina. Et si teste Jagero, uti supra jam commemoravimus, Papismus de devicta jam Saxonia triumphos agit, adeoque Loscherum exhortatus est, ut eandem magis in fide firmaret, olim etiam Vitembergæ & in cathedra ipsius Lutheri non solum Crypto-Calvinismus, sed & Adia-phorismus floruit, ac *γυναικας* Lutherani in bello Syncretistico, quam foedisimas fecerunt prædas, quæ certe omnem Papismum superant, Excell. Dn. Thom. Dreyf. *Rettung des Rechts. Ehong. Fürst. in Kirch. Sach.* etiam Papatum Vitembergensem imprimis Orbi Christiano revelavit, cur non de ordinatione nominatenus quidem Ecclesiastica, revera tamen merè civili dicere licebit, eandem itidem, & forsitan ex bono augurio Papiami reliquias fovere, dum & ipse Lutheranismus in variis doctrinis omnium crassissimum fovet papismum. Censor Clarissimus equidem addit, *Constitutiones Saxonicas idoneis niti rationibus*, quænam vero illæ sint? omittit. Forsan intelligit Carpzovianam, quæ itidem ubi nullam aliam invenire potest, voluntatem Principis, & quod constitutio non aliter disponat, pro ratione habet, quæ tamen sub Larva auctoritatis & voluntatis Principum latens probatio admodum misera & risu digna esse solet. Quod vero c. 2. & 3. *X. de despons. clandest.* attinet, ipsum jam dictum rubrum docet, illa non tam de nuptiis quam de sponsatione agere, & c. 1. & 2.



ei probationem injungit, qui clam sponsalia, non nuptias contraxisse dixit. Et ne, quæ de Sacramento hic objecimus incongrue & loco plane alieno videantur allata, porro addi meretur, non solum ineptum esse, si rationem Sacramenti ex adhibitione Testium deducemus, sed illum prorsus cœcum esse, qui in *Diss. Inaug.* connexionem Sacramenti & sponsaliorum publicorum per varias non videt rationes, qui in §. 23. etiam ostendimus, nullam aliam dari posse rationem, & rationibus Carpzovianis de incommodis sponsaliorum clandestinorum, quas Cenfor denuo refert, jam respondimus. Deniq; vir clarissimus nobis potius, non vero nos LL. vim inferre videmur, si modo *declaratio publica*, per quam volumus, si quis data occasione sponsalia non celat, sed in conversatione tanquam persona desponsata vivit, gratulationes recipit, & fateatur se sponsalia contraxisse, Dn. Cenfor autem, quæ in presentia Testium vel Consistorii fieri solet, intelligit, explicetur.

§. XX. Frustrâ igitur Cenfor circa hoc argumentum tanta usus est prolixitate, & quemadmodum jam ostendimus clandestina sponsalia, non nisi ex ratione Sacramenti prohiberi, sic & ex eadem ratione *sponsalia publica posteriora*, prioribus clandestinis preferuntur, quæ Leges, quæ circa utrumque disponunt, nituntur. Nos etiam non de auctoritate & dispositione LL. sed de earundem principiis agimus. Cenfor equidem sæpius, aliarum gravissimarum, firmiorum, & justissimarum causarum ac rationum facit mentionem, quæ vero illæ sint, more puerorum calculantium apud eundem manent in mente.

§. XXI. Quoad illam Juris Canonici sententiam, quæ sponsalia clandestina ob Sacramento convalescere dicuntur, Cenfori utrumque dubium videtur, & licet utrumque dederit, inde tamen nos non conficere posse, nostrates dum idem sentiunt, reliquias Sacramenti admisisse, nec hanc positionem cum articulo de Sacramento coherere existimat. Non autem quæstio est, an admiserint, nec ne? sed an ratio Sacramenti revera subest, & ejusdem coherentiam cum hac positione in ipsa *Diss. Inaug.* §. 34. subjungimus. Ejusmodi enim sponsalia clandestina per concubitum in matrimonium, quod est sacramentum transeunt.

§. XXII.



§. XXII. Sic & non est, cur Clar. Censor nos *protervitate*  
*& censendi libidine calumniatur.* Sed libertas infanda loqui, tibi  
 soli videtur, & nescio, an anticypam ratio illi destinet omnem, si-  
 quidem neque ad fundamenta nostra respondet, nec recordatur,  
 Consistorium Dresdense etiam, deficiente parentum consensu  
 sponsalia clandestina, licet concubitus accesserit, dixisse nulla Carpz.  
 7. E. l. 2. s. 3. d. 60. n. 19. quia graviter peccant, imo ludibrio ha-  
 bent Ecclesiam, qui ante benedictionem sacerdotalem concum-  
 bunt Carpz. l. c. d. 131. n. 5. 6. liberi autem per delictum conse-  
 quuntur, quod modo licito obtinere non poterant, & per hanc  
 liberorum iniquitatem parentibus iniquissima infertur conditio  
 Bruckn. *Decis. matrim.* p. 1. s. 2. §. 93. imo Brouer *de Jur. Connub.*  
 l. 1. c. 13. §. 4. pro absurdo habet, eum qui peccavit, ad eam rem  
 in qua peccavit, novo adjuvari peccato l. 2. pr. ff. de priv. del. l. 134.  
 §. 1. ff. de R. 7. Sed juxta August. *soliloqu.* c. 19. ad officium sapientis  
 pertinet, dare operam liberis, & propter regnum cœlorum etiam  
 post Originem nemo se amplius castrabit, forsitan excipiet Censor.

§. XXIII. Dn. Gribnerus in hoc §. & illud à reliquiis Sacra-  
 menti liberare conatur, quod Dd. *sponsalia, utriusque etiam par-*  
*tis consensu difficulter dissolvant.* Verum nec nos sponsalia plane  
 non, sed difficulter tantum juxta Dd. dissolvi, nec de arbitrio mere  
 privato, sed potius mutuo illo consensu, qui ad confirmationem in  
 judicii à desponsatis exhibetur, diximus, & Dd. §. 36. cit. asserunt,  
 hanc sententiam in omnibus Consistoriis observari, licet Censor  
 illud nunquam fieri existimet, & probationis loco Facultatem Ju-  
 rid. Vitemb. cum Illust. Bergero, quibus rō nunquam defendere  
 conatur, adducit. Ubicunque autem illa de difficultate dissolu-  
 tionis sponsaliorum recepta est sententia, ibi & occultam Sacra-  
 menti rationem subesse in *Diff. §. 37.* ostendimus, ad quæ Censor  
 respondere velit, dum non sufficit dicere, *frustra eandem ad reli-*  
*quias Sacramenti referri, & illos etiam, qui pro indissolubilitate concen-*  
*dunt, ideo matrimonium non pro Sacramento habere,* licet enim non  
 pro Sacramento habent, conclusionem tamen hujus principii, quod  
 tantum volumus, fovent. Sic & de Jurisprudencia Ecclesiastica  
 Protestantium in genere non loquimur, sed fateor potius, me  
 hoc



hoc Jus nunquam vidisse, despero etiam, an quispiam ex posteris nostris aliquando sit visurus. Si enim nova & universali legislatio-  
ne Jurisprudentiam civilem in Germania reformare moraliter impos-  
sibile, omnino hocque optandum quidem non sperandum esse  
æstimat, B. Stryck. *Præfat. ad Brunnem. Repet. Paris. Wesemb.* mul-  
tominus ob Theologorum, si huic negotio adhiberentur pervi-  
cacia & litigandi libidinem de Jure Ecclesiastico sperari poterit.  
Equidem Carpzovii Jurisprudentia Ecclesiastica jure divino civi-  
li & canonico, nec non Ordinationibus Ecclesiasticis Saxonie ni-  
titur, sed quemadmodum soli Saxones pro Protestantibus haberi  
non possunt, sic & ejusdem Ordinationes non in omnium vigent  
Protestantium territoriis, sed quilibet fere August. Confessionis  
Status suas speciales habet constitutiones Ecclesiasticas & matri-  
moniales, quæ pro diversitate Principum valdopere differre so-  
lent, & usum juris Canonici inter Protestantes quoad matrimonia-  
lia etiam incertissimum esse, ipse Dn. Gribner. *Diss. de Jure incerto*  
*ex Auth. LL. auctor.* asserit. Imo ipsæ facultates Acad. in matrimonia-  
libus non eandem semper amplectuntur decisionem, sed sibi in-  
vicem ut plurimum contradicunt. Quæso unde igitur dici po-  
terit, me juri Protestantium matrimoniali non existenti, reliquias  
Sacramenti tribuisse, qui cum Carpzovio & Jurisprudentia Saxo-  
niæ Ecclesiastica imprimis certamus. De hisce autem Excell. Dn.  
Thomaf. *Recht. E. F. in Theol. Streit.* part. 1. *S. V. §. 9. & 10.*  
refert, daß Sie mit dem Jure Canonico corrupiret/ und mit Pa-  
pistischen Grüssen angefüllet.

§. XXIV. Quoad delationem juramenti contra matrimonium  
non queritur, an Gribnerus putet, nec legem Sax. nec usum foren-  
sem reliquiis Sacramenti accenseri posse, sed anne ratio Sacramenti  
revera hic itidem lateat, quod in *Diss. inaug. §. 40.* commonstra-  
vimus. Ubi etiam non de sponsalibus de futuro sed præsentibus,  
quæ pro matrimonio & Sacramento inchoato habentur, agimus,  
& præjudicium Carpz. *7. E. l. 3. r. 4. d. 44. n. 8.* non sponsalia clan-  
destina sed publica concernit.

§. XXV. Hactenus Dn. Censor non tam satis diu, quam  
frustra circa sponsalia occupatus fuit. Hinc cum illo jam ad rei  
liquias



liquias ipsius matrimonii progredimur. Primum itaque putat, copulam Sacerdotalem ad Sacramentum matrimonii referri non posse, inde patere, quod in usu fuerit antequam opinio de matrimonii Sacramento invaluerit. Verum ut ut Baron. *Annal. Eccl. ad ann. Christ. 57.* refert, tempore Apostolorum hanc Benedictionem jam fuisse usitatam, B. G. Arnold, *N. und K. Hist. p. 1. l. c. 2. §. 7. & l. 13. c. 5. §. 9.* tamen quoad priora secula contrarium defendit verbis: *Nusser dieses wuste man dazumahlen/und viele hundert Jahre hernach von keiner Copulation oder Trauung/ vielweniger von einem Zwang daz/ am allerwenigsten von denen dabey gesöderten Trau-Gebühren/ & l. 4. c. 6. §. 10.* ostendit Sec. IV. demum Ecclesiam Latinam Benedictionem Sacerdotalem pro necessaria quidem habuisse, non tamen ut citra hanc, matrimonium vel irritum aut nullum aestimaretur, sed quod Sec. VII. demum Martinus I. in Synodo Romano mandaverit, ut sponsi sponsaque ante carnalem copulam a sacerdote benedicerentur, Joan Stella. *Oper. de Vit. ac gest. Pontif. pag. 81.* De hisce etiam temporibus refert Selden. *Uxor. Hebraic. l. 2. c. 28.* Solennia hæc tantum fuisse adhibita, ut matrimonia a stupris & contuberniis illicitis in foro externo determinarentur, nec adeo mirum esse, ministrum adhiberi apud eos, qui matrimonium ipsum, Sacramentum esse contenderunt, quo ipso dogma hoc Sacramenti, pro antiquiore habet, dum & Imp. Leo Sec. IX. primus solennem de hac benedictione edidit constitutionem. E contra vero Sec. II. & seqq. Cyrillus, Hieronymus, Tertullianus, Ambrosius, Chrysostronus, Augustinus matrimonium jam Sacramentum nuncuparunt. Sint etiam ex Pontificiis, qui non conveniunt, an ad rationem Sacramenti copula Sacerdotalis quicquam conferat, sufficit tamen omnes concedere Sacramentum sine ministro non posse confici, adeoque & matrimonia peragere debere, matrimonium vero absque parocho contractum irritum esse, ad quæ potius Censor, contradicente licet Excell. Dn. Bohnero respondere debuisset. Et si varias desponsatorum ac neonymphorum considero discordias, nec non in nostris nuptiis non Christiano sed ethnico procedi modo, dum totum tempus comedendo & comptando, scurrilibus verbis & iniquis saltationibus



erunt, adeo, mycerium matrimonii dehonestant, imo ipsi Ecclesie ministri iisdem impiis conventibus haud raro asfident, & sua presentia non solum omnia comprobant, benedictionemq; iisdem pollicentur, quibus potius, nisi poenitentiam agant, maledictionem annunciare, & ejusdem excessus denegare deberent, sed & in utroq; fere genere ipsi aliis præcellunt, Stryck, *Diss. de Jur. Sabbath.* c. 2. n. 103. optandum certe est, eorundem benedictionem ne quidem ex reliquiis Sacramenti esse.

§. XXVI, Et quemadmodum non diximus benedictionem hanc prorsus tollendam esse, sic & minime putamus, illam *perperam in Ecclesia fieri*, modo omnis superstitionis & errores, de quibus B. Stryck, *l. c. c. 4. n. 80.* per Lutherum, cum ratione Sacramenti, quæ quammaxime & hic juxta *Diss. Inaug. c. 2. §. 13.* latet, nec solis verbis, quod non evineant, refutari possunt, tollantur, Vid. Arnold. *R. und K. Hist. part. 2. l. 16. c. 11. §. 17.*

§. XXVII, Ne vero reliquiis Sacramenti frustra accenseatur, quod per copulam Sacerdotalem indissolubilitas matrimonii constituitur, denuo iterumque concedo, illud non juris divini, sed Ecclesiastici esse, posse etiam præcipi, ne matrimonium ante hanc copulam, sit legitimum, tantum tamen ad Sacramenti reliquias pertinet, quod ratio & fundamentum harum LL. quæ ab ipsis LL. probe discernenda, sit ipsa Sacramenti ratio, & supra jam ostendimus pontificios, & in copula carnali & sacerdotali Sacramentum quærere, quandoquidem apud illos extra Sacerdotem nullum fieri potest Sacramentum, Et ipse ex adverso allegatus Titius cum Zieglero confitetur, hanc benedictionem propter Sacramentum apud Pontificios esse intraductam. Licet etiam concubitus post sponsalia publica nonnunquam justum matrimonii rationem habet, & ea propter ipse Lutherus *Tom. Germ. 3. fol. 150. in Epist. ad D. Joh. Kuhlén* etiam ante nuptias concubuit. So habe ich auch nun mich verhehliget / und um böser Mäuler willen / daß ich nicht verhindert wurde / mit Eyl benzelegen / bin willens auf Dienstag über 8. Tage eine kleine Freude zu machen / copula tamen Sacerdotalis, nisi altera pars decesserit, insuper requiritur, si pro vero matrimonio cum sponsalibus clandestinis, quibus concubitus itidem accessit, haberi debet.

§. XXIIX.



§. XXIX. Quod sponsalia posteriora prioribus preferantur, si copula Sacerdotalis accesserit, non solum contra rationem juris, sed & ex occulta Sacramenti ratione esse, & Carpz. circa hoc argumentum quammaxime papizare, §. 31. seqq. ostendimus. Ac licet Carpz. fere concedere videtur Berlich. opinionem Canonibus Pontifici magis convenire, contrarium tamen defendit, & ad hoc dubium in §. 12. jam respondimus, Censor vero tacet.

§. XXIX. Sic & matrimonium inuitis parentibus contractum ob copulam Sacerdotalem non esse rescindendum, ex eodem Sacramenti fuit principio, licet illud jubente Principe etiam pro irritato haberi possit, non pauca etiam constitutiones Ecclesiasticae cum variis Dd pro hac contendunt sententia. Qui vero prius defendunt, illi cum Concil. Trident. optime conveniunt, & ipse Censor confitetur, quod hodie ita constituendi haec fuerit causa, imo apud nostros etiam rationem Sacramenti latere imprimis inde patet, dum pro ratione addunt per rescissionem hanc benedictionem Sacerdotalem ludibrio exponi.

§. XXX. Ceterum miror Dn. Censorem, qui nobis in reliquis omnibus contrarius est, quoad rescindendum matrimonium contra prohibitionem divinam contractum, mihi denique & suum dedisse calculum, cur autem hypothesis contraria itidem ad reliquias Sacramenti pertineat, iterum copula Sacerdotalis, quam legibus divinis praefert, svadet. Sic & nunquam diximus, quod id omne, quod circa doctrinam de matrimonio perperam traditur ad Sacramenti rationes pertineat, siquidem nonnulla forsitan occurrunt argumenta, quae ex alio fundamento originem ducunt.

§. XXXI. Matrimonium dolo contractum & benedictione Sacerdotali consummatum non rescindi posse, pariter ex ratione Sacramenti fuit, dum pro ratione iterum benedictio Sacerdotalis, qua Sacramentum conficitur, adhiberi solet. Et Carpz. l. c. satis claris asserit verbis, dolum, modo non errorem inducat, vel consensum impediatur, non vitare vel impedire matrimonium. Nos etiam de hac quaestione non agimus, an inter Protestantes invaluerit? Sed quatenus eandem Carpzovius defendit, unde etiam hic nullam Sacramenti suspensionem subesse, Censor commonstrare



potuisset. Nullus etiam dubito, quin & hoc, quod error matrimonium non reddat nullum, occulta Sacramenti ratione propter benedictionem Sacerdotalem nitatur, licet juxta Sacrosanctum illud inter consecratoria hujus doctrinae Sacramentalis retulerit.

§. XXXII. Quomodo etiam juxta Hebraeos olim teste Mym. Hile. Melech. c. 8. §. 3. non erat *אישות לגוים* conjugium ethnicis, utpote qui *אין קרוין אדם* non vocabantur homines. Sic etiam apud Romanos olim *connubii non erant participes servi*, sed tantum contubernium contrahere dicebantur, secundum Jus Canonicum tamen inter servos atque ancillas aequum & verum matrimonium est, atque inter, homines plane liberos, cum & ipsi hodie sint liberi, unde & eorundem matrimonia eadem ratione, qua aliorum ad Sacramentum referri possunt.

§. XXXIII. Nec distinctio in nuptias legitimas & ratas frustra ad reliquias Sacramenti refertur, modo Dn. Censor utrarumque naturam & conditionem probe consideret, & eo ipso etiam palpare poterit, hujus distinctionis nullum usum apud Protestantes non esse, & ad reliquias Sacramenti quammaxime pertinere.

§. XXXIV. Favorem *matrimonii ex opinione Sacramenti* oriri, frustra Censor etiam putat, nos frustra dixisse, & hoc tantum pro regula I. habemus: *ut plurimum, non semper, sub favore matrimonii, Sacramenti rationem latere*, & si nostrates omni alia destituuntur in matrimonialibus ratione, itidem ad sacram hanc anchoram, omnis ignorantiae & superstitionis asylum confugere solent. Ac licet aliae itidem gentes pro matrimonio magnum habuere favorem, Sacramenti principium forsitan etiam ignoraverunt, nos tamen de doctrina matrimoniali agimus, quatenus è papatu ad nos pervenit. De appellatione *matrimocii sacri*, & quod ex ratione Sacramenti sit, jam supra egimus, & neque Sacrum neque Sanctum dici potest. Ex alio etiam principio falso, *Ordo Ecclesiasticus*, qui ad stabilendam Papo-Caesariam itidem ministerium & officium Spiritus S. adeoque Germanico idiomate ministerium spirituale κατ' ἐξοχην vocari vult. Excell. Dn. Thomae, *Program. ad Diss. de Jur. Princip. circa haec*. Sacer vel Sanctus dicitur. De *caelibatu* Jurisprudentiam Eccles. itidem cavere, ipse Carpz.



Carpz. 7. E. l. 2. t. 1. d. 2. docet, ubi etiam sententia Consistorii  
 supremi, quæ matrimonium dissentiente etiam patre cœlibatui  
 præfert, occurrit, & matrimonium præstare cœlibatui multis pro-  
 bat Philipp. *Usu Pract. Inst. Jus. l. 1. t. 9. §. 1. Eccl. 49.* & B. Lutherus  
*Tom. 2. Jen. fol. 26.* contra nonnullos Principes cœlibatum, & vitam  
 monasticam urgentes addit: Daß sie so Tyrannisch hart halten ob-  
 den verschlossenen Klöstern / wollen der Natur wehren / haben gut sa-  
 gen darzu / sie liegen bey Weibern / wenn sie wollen / und geben ihrer  
 Natur Lust und Raum genug / aber der arme Hauße muß in seiner  
 Höll darob verderben / wo unwillige Keuschheit ist / da läßet die Natur  
 ihr Werck nicht / das Fleisch samt sich / wie es Gott geschaffen hat / so  
 gehen die Adern auch ihrer Natur nach / da hebet sich dann das Fließen  
 und die heimliche Sünde / die S. Paulus nennet Unreinigkeit und  
 Weichheit / und daß ich es grob heraus sage / um der elenden Noth  
 willen / fleusset es nicht in das Fleisch / so fleusset es in das Hemdde. &  
*Tom. 2. fol. 90. Lib.* Von beyder Gestalt asserit, haud adeo neces-  
 sariam esse in S. Coena sub utraqve communionem, quam matrimo-  
 nia Monachorum Nonnarumqve. Wenn solche Noth wäre / bey  
 der Gestalt zu genießen / wolten wir auch kein Aergerniß oder schwach  
 Gewissen ansehen.

§. XXXV. *Quod sententiam contra matrimonium lata, non transeat in rem judicatam, itidem pro fundamento Sacramentum habet, & imprimis indissolubilitate sapius dicta, quæ ex hoc itidem promanat principio nititur, quod cum per se sit manifestum, Dn. Wolffius etiam ni fallor huc respexisse videtur.*

§. XXXVI. *Separationem quoad thorum & mensam à Pontificiis ex hypothesi Sacramenti, quod ne quidem ex causa adulterii aut malitiosa desertionis dissolvere voluerunt, adinventam & introductam esse, ipse concedit Censor, Jus autem Canonicum c. A. c. 2. X. de divort. e. interveniente 32. q. 6. hodie nostra sequuntur Consistoria Richt. vol. 2. conf. 464. idqve non tam ob præcavenda graviora mala, quam quod matrimonium tam facile non dissolvi possit, & Pontificii itidem suas habent nobiscum causas, quare admittenda, quæ tamen Sacramentum pro fundamento habent.*

§. XXXVII





§. XXXVII. Dum etiam *pœna adulterii ejusque rigor*, ad reliquias Sacramenti itidem referri meretur, Cenfor putat, hoc, cum *pœna hæc* etiam divino jure fuerit constituta, non prolixa indigere refutatione. Verum enim quemadmodum mero jure naturæ ad essentiam pacti conjugalis non requiritur, ut ante omnia fidem det viro fœmina, quod nemini præterquam ipsi, corporis sui usuram concedere velit, Excell. Dn. Thomaf. *Jurpr. div. l. 3. c. 2. §. 100.* adeoque si vir vel fœmina de corpore alii non communicando sibi fidem mutuam non dederint, & cum ea, quæ jam alteri nupta est, aut eo, qui jam uxorem habet, mero jure naturæ matrimonium inire licet, *Id. l. c. §. 214.* & apud multas gentes adulteria non solum impunita fuerunt, sed & duas vel plures habere uxores, promiscueque tam puellis, quam aliorum uti, licuit uxoribus, Sic & Deus T. O. M. in Decalogi Tabula secunda LL. forenses exhibenti *Exod. XX. 14.* prohibuit: *Non mœchaberis ac Levit. XX. 10.* nec non *Dent. XXII. 22.* tam adulteræ quam mœchæ pœnam mortis dicitavit capitalem, quæ quidem & apud alias etiam gentes usitata fuit, nihil tamen obstat, quo minus hodierna adulterii pœna ad reliquias Sacramenti referri possit, cum postquam *בשרו דיני נפשות בישראל* *ablata sunt iudicia capitalia de Israel* Sanhad. c. 14. *fin.* adulteros ipse Imp. Constantinus *l. 30. c. ad. L. Jul. de Adult.* Sacrilegos dicat. Sacrilegus autem est, qui rei sacræ vel religiôsæ commisit furtum, & matrimonium non solum pro re sacræ, sed & adulterium cum Prudentio *περὶ σεφάων Hym. 10.* verbis: *furta mœcharum calent*, pro furto habetur & temeratores pudicitia muliebris haud immerito *Arg. Nov. 14. §. 1.* fures dicuntur. Hinc etiam gravitas hujus pœnæ ex sola Sanctitate matrimonii, & Sacramenti, quod violari non debet, promanât, & rectius agere videntur, qui contractus hujus civilis violatores non pœna capitali, sed juxta Brunsvicensium *Pol. Ordn. Tit. 33.* prima vice relegatione ad duos annos, ita tamen ut hisce effluxis, & solutis triginta florenis, nec non facta à colloquio absoluteione redire possint, secunda autem vice iterum quidem relegatione ad duos annos; & ut hisce itidem absolutis Sexaginta, si recipi velint, solvantur floreni, tertia autem vice

re.



relegatione perpetua sine receptione plectunt. Etenim tanta hujus delicti atrocitas juxta alios non est, ob quam salva conscientia sanguis humanus, fundi possit. Quicquid etiam hodie pro stupro fornicatione & adulterio habetur, itidem ex jure Canonico & Pontificiorum hypothese, matrimonium esse Sacramentum promanat, Excell. Dn. Thomaf. *Diff. de Concubinato.* quam vero Protestantes rejecerunt. Sed summum jus, summa sapientia est injuria. Quoad poenam Polygamia ejusque gravitatem Dn. Gribnerus concedit Ordin. Carolin. ad Sacramenti rationem respexisse, & Excell. Dn. Joh. Klein. vol. *Disp. Jur. n. XI. de mitigat. pen. favor. matrim. contracti n. 90.* non solum refert, Carolum V. ex papicolarum principiis, matrimonium Sacramentorum numero adscribentium Polygamiam atrocitate superare adulterium aperte statuisse, sed & *Disp. XIX. de praesert. matrim. in Concurf. duor. §. 4.* addit, solo papicolarum hoc principio ejusdem gravitatem inniti. Et cum Bigamia non gravius certe est delictum quam adulterium, & ipse Lutherus *Tom. IV. Germ. fol. 38. 39. ad Gen. c. 1.* etiam praeter institutionem matrimonii primam, & praxin Christianismi docet: Die Lehrer sagen/ Lamech sey der erste Ehebrecher gewesen/ ich halt nicht/ daß dies die Meynung sey/ denn der Text sagt schlecht/ Er habe zwey Eheweiber gehabt/ ob er auch der erste gewesen sey/ weiß ich nicht. Aber damit ist nicht geschlossen/ daß es unrecht sey/ zwey Weiber haben/ denn man dasselbige hernach von vielen und heiligen Leuten lisset/ inter quos etiam Dn. M. G. Lud. Oederus *Observat. Sacr. part. 1.* Lamechum refert, malè etiam eadem retinetur poena, praepriis cum Excell. Dn. Klein. *l. c. §. 94.* cum viris acerrimi iudicii, Grotio, Coccejo, Puffendorffio, Thomasio, Brucknero & Zeidlero existimat, polygamiam simultaneam virilem, neq; Juri naturæ, neq; divino esse contrariam, imo Bruckner. *Decis. matrim. c. 14.* non sine ratione statuere polygamiae poenam in illis locis, ubi adulterium ultra carcerem non punitur, etiam in mitiorem commutandam & scortationes & adulteria majora esse peccata quam Polygynia.

§. XXXIIX. Et hæc sunt illa imprimis capita, quæ Dn. Gribnerus à reliquiis Sacramenti liberare annixus est, & L. B. jam videbit, illum frustranea prorsus se lacticasse spe, dum se, falso hæc esse suspecta, evicisse putat. Licet enim nostrates doctrinam de

H Sa.





Sacramenti matrimonii prorsus rejiciunt, quamplurimæ tamen occurrunt ejusdem conclusiones inter Dd. & Consistoria nostra receptissimæ, quæ partim occulte, partim vero aperte ex hoc, si quoad primam originem examinemus, promanant principio, ita ut sæpius nullum aliud ipsi rei convenientius dari possit. Quicquid etiam Censores de aliis atque aliis jactitant causis, quare ejusmodi conclusiones apud nostrates adhuc vigent, ipsam originem non tollunt, & salva hac itidem adesse potest. Aliud enim est, ex qua causa hæc vel illa lex recepta, aliud ex quonam oriatur principio.

## EPILOGUS.

### §. I.

**P**osteaquam vero hanc contra Antagonistas nostros, κατ' ἀνθρώπων & ex hypothesi nostræ Dissert. Inaug. jam absolvimus Apologiam, haud extra oleas vagari videbor, qui eidem remoto adversariorum non minus præjudicio, quam ipsa nostra hypothesi, Epilogum jungam. Tam in Dissert. Inaugurali, quam hæc Apologia juxta alios equidem falsum esse Pontificiorum principium, quod matrimonium pro Sacramento habet, ac ejusdem conclusiones, quæ illo nituntur, & nostri adhuc fovent, rejiciendas esse tutati sumus, sed quemadmodum Pontificiorum cordatiores consentitur Concil. Trident. quidem septem numerare Sacramenta, & S. Cœnæ atque Baptismo adhuc quinque alia, Pœnitentiam, Unctionem extremam, Ordinem & Matrimonium superaddere, duo tamen esse tantum præcipua, principalia & eximia salutis nostræ Sacramenta, reliqua vero non esse proprie dicta, & Concil. Trident. cum Professione fidei, non omnia septem Sacramenta à Christo immediate esse instituta, asserere, Jesuita Maldonatus *Tom. 2. Disp. de Sacram. p. 260.* vero in specie quoad matrimonium nonnullos alios recenset Pontificios, qui illud aut non esse Sacramentum, aut æquivoco tantum & alterius generis, quam reliqua proprie dicta Sacramenta expresse putant; Sic & nostratium cordatiores itidem concedunt, vel duo vel plura

AN-



59

numerari posse Sacramenta. Dn. Abb. Joh. Fabricius *Confid. controu. Theol. pag. 56. seqq.* Id. *Aman. Theol. Diss. IX. p. 529.* Calixt. *supr. Sect. 1. §. 15.* & ipse Lutherus *lib. vom Ehestand fol. 309. c. 29.* præter fidem atque liberos & Sacramentum ad matrimonium requirit; Wenn diese drey Stücke im Ehestande bleiben/ nemlich Treue und Glauben/ Kinder und Leibes-Früchte/ und Sacrament/ daß mans für ein heilig Ding und göttlichen Stand halt/ so ist es gar ein selbiger Stand. Facillimo etiam hæc componi posset controversia negotio, nisi alii potius, ne erravisse videantur, ferram contentions reciprocare, & logomachiis contendere, quam pacem & amorem diligenter, cum tamen nihilominus lis sub iudice, cuius vices quælibet etiam in re propria subit pars, maneat. Optime enim Owenus *Epigram. l. 3. n. 20* de controversiis Theologorum cecinit:

*Theologi certant, & adhuc sub iudice lis est;*

*O utinam lis sub iudice tota foret.*

*Theologi certant, & adhuc de iudice lis est;*

*O utinam lis de iudice sola foret.*

*Tanta vel in nobis utinam lis esset amoris,*

*Quantus in hoc lacero tempore litis amor.*

Et doctrinam Sacramentorum minus necessariam esse, ex Luthe-  
ro, Chemnitio & Gerhardo, apud Dn. Abb. Fabric, *Confid. controu.*  
*p. 163.* B. Durrius *in Epist. ad Fetzerum* docuit.

§. II. Sed quemadmodum inter Theologos multa semper  
fuerunt disidia, quæ posteaquam sub tenebris Papatus multæ quæ-  
stiones philosophicæ Theologiæ admixtæ, & per Theologiam  
Scholasticam orbem Christianum infinita inutilium segete, quas  
potius æterno silentio involvi è re fuit obfuscarunt, unice ex am-  
bigua vocabulorum sono promanarunt, sic & imprimis contro-  
versia illæ de nomine ac numero Sacramentorum cum reliquis  
hujus argumenti ad *Ζητήσεις και λογομαχίας* Nex quibus nascitur  
*invidia, contentio maledicentia, suspiciones mala,* I. Tim. IV. 4. per-  
tinent. Sicuti etiam Lutherus Anabaptistas aliosque sæpius cor-  
rexit, quod ex solo erga Pontificem odio, omnia etiam bona Ec-



clesiæ Romanæ dogmata abjiciant', sic & nostrates etiam ex solo sæpius hoc odio cum singulari qvadam Philauthia, qvafi non obstantibus tantis cordatorum Theologorum nostrorum, piis desidiis, deris Ecclesia Lutherana omni errores immunis sit, juxta alios Catholicorum ritum & doctrinarum reliquias cum pulvisculo eji- ciunt, Monzamb. l. c. §. 8. E contra vero Th. Browne *Relig. Medic. p. 1. S. 3.* erga vulgi vagas illas religionis Christianæ Sectas præcipuas, longe sanio- rem gerit animum, dum imprimis de Reformatis & Pontificiis ingenue profitetur, idem utrisque esse nomen, eandem fidem & eadem necessarium principiorum Systema commune, ipsique non religiosum esse, eorum familiaritate & consuetudine uti, illorum Ecclesias adire, adeoque una cum illis aut pro illis vota facere, sic & æqua lustralis & crucifixa ejusdem non imponunt judicio, nec Religionem pervertunt, sed in Sacris & genu & pilei & manuum urbanitas cum reliquis omnibus gestibus, qvi pietatem internam aut expriment aut adaugent, nec religiose peregrinantium labores ridere potest, nec miserandam monachorum conditionem contemnere, vel nolam Ave-Marianam unquam nisi levato ad cælum animo audire potest. Et in jam pag. 3. citata Billige Rettunge / nec non Christ. Anonymi *Lit- ter. Theol. Polit. de Seren. Princip. ac Dn. Dn. A. U. D. B. & L. De- clarat. qva Reformat. Religion. addit. ad. Jura Civit. Brunsvicens. Clementiss. invitavit*, & ejusd. *Epist. Responsor. de Tolerant. omn. in Imper. nost. Roman. Germ. per Transact. Passav. & Pasificat. Religios. receptar. Religion.* Item Bedencken über die Frage; Ob ein Lutherischer Potentat wegen Erlangung eines Geistl. Officii ohne Verletzung seines Gewissens und der Seelen Seligkeit seine Religion verlassen / und die Römische / Catholische wieder annehmen könne? ac ejusd. Cas- techetische Vertheidigung dieses Bedenckens contra Mich. Treugens Prüffunge / & supra pag. 2. cit. Anmerkungen / qvibus Excell. Dn. Georg. Christoph. Ferdinand. von Naserwitz / genandt Passel / Erbs- Herrn in Mogelholff. Alt-Christl. Gedanck. von der nöthigen wies der Aufrihtung der Christlichen Kirchen. Ejusd. Abriss der heutigert Cathol. Kirche / nec non Vorstellung der Considerationen und Bewegungss-Uhrsachen / durch welche der Durchl. F. und Hr. A. U. H.



gu Br. und L. in die Cathol. Kirche sich zu begeb. veranlaßet worden/  
 addi merentur, ostenditur, Pontificios in fundamento fidei & salu-  
 tis itidem non errare, quemadmodum id & imprimis Summ. Re-  
 ver. Dn. Fabricius. *Consid. Controvers.* quoad singula capita, cum B.  
 Durrio Epist. ad Fetzer. quicquid etiam Dn. Fechtius, Loscherus  
 aliique contra hæc fermocinentur, quam solidissime commonstra-  
 vit, nec Censuræ Loscherianæ, quas in unschuld. *Nachricht. de ann.*  
*1716, IX. Ordn. n. XI. pag. 542.* ut & *de ann. 1709, XII. Ordn. n.*  
*XIV. pag. 748.* Sic & *de anno. 1712. III. Ordn. n. XXIX. pag. 529.*  
 & passim im abgewies. Dema exhibet, ulla refutatione dignæ sunt,  
 & quoad objectionem indifferentismi Christ. Anonym. *Be-  
 denken über die von Hrn. D. Chr. Sontag/ und Hrn. D. J. G. Stols-  
 gen verworff. Theol. und Politisch. Religions-Neutralität/ videri pot-  
 est, cujus contra hoc nuperrime edita, Mit Recht verworffene  
 Theol. und Politisch. Religions-Neutralität ad Scripta Excell. Dn.  
 Thomaf. nec non Consult. Dn. Brenneysen de Jure Principum Pro-  
 testantium circa controversas Theologicas, Sacras & tolerantiam  
 ex parte contra Dn. Stolzen conscripta, & imprimis Excell. Dn.  
 Thomaf. ad Alonzamb. c. 6. §. 12. lit. r. ubi de genuino Instrum.  
 Pacis art. 7. su. sensu, & tolerantia Religionis alterius præter tres  
 illas in Imperio receptas agit, remitti potest, & quoad utramque  
 & Analogia Fidei & rationis, ne nos brutis associemus contradi-  
 cente licet, & analogiam auctoritatis Clericalis tectè vindicante,  
 Dn. D. Gottl. Bernsdorff *Diss. de Analog. fidei* adhiberi debet.*

§. III. Hinc & non est, cur Papatum Romanum tam acerbè  
 impugnemus, & quicquid eundem tantum redolet, omni proflig-  
 gemus studio, dum Papatus Lutheranus non solum ejusdem fere  
 est indolis, sed antiquato saltim nomine sæpius in longe deteriora  
 ruit. Quodsi vero apud Pontificios nihilominus nonnulli vel cir-  
 ca credenda vel agenda, occurrunt errores, primum ejiciamus  
 trabem ex oculo nostro, & tum videamus, ut festucam ex oculo  
 fratris eximamus. *Matth. III.* Et ut nonnulla hac occasione com-  
 memoremus capita, (1) notum quam quod notissimum est, The-  
 ologos nostros cum Brochmand. *System. Theol. Tom. 2. c. 5. S. 4.* è  
 Sacris clare evincere conari, Romanum Pontificem verè Anti-



Christum esse, verum Summ. Rever. Dn. Herwarti von der Gardt. Tr. *L' Anti-Christ.* cum Hugone Grotio eundem ab hac egregie vindicavit calumnia, & Excell. Dn. Thomas. ad *Monzamb. Epist. Dedita. Lit. b.* rectius quærit: *Nostrum an commune vitium est? Quod Anti-Christum in locis remotis quæramus, nec advertamus nequitias nostrorum cordium. Malitia enim in singulis latens est hostis hereditarius Christi nominis & Anti-Christus, quo oppugnato non est, quod timeamus, Anti Christum Romanum aut Magogum Turcicum.* Id. ad *Monzamb. c. 7. lit. 7.* Summ. Rever. Dn. Abb. Fabric. *Am. Theol. Diff. IX. de Paradox. Theol. pag. 576.* Sic & (II) quidem Romani Pontificis primatum tanquam pestem abominamur, ejusque Jurisdictionem Ecclesiasticam Papo-Cæsariam dicimus, & plebi reverentiam erga magistratum Dei vires in his terris gerentem quidem inculcamus, sed in Scriptis, & quæstionibus cerebrinis, & si praxin videas, deprehendes, multos ex Clero Lutherano magistratui hunc vicariatum cum Hamburgen-sibus & Lipsiensibus disputare, eundemque vitio Papo-Cæsariae prorsus immunem esse, communis fabula est, sed fabula, dum in multis locis non solum Ecclesiæ ministri alterum pedem in Curia habent, sed & in Consistoriis de externis Religionis, aliisque mere Secularibus judicant, ac rejecta potestate Papali, multi jam regnant pontificuli, & si Princeps circa hæc suo uti vult jure, ipsi ac si simul interna aggredere-tur controversiam movent, eorundemque jura sub larva Zeli divini involant, & si Principes nitantur contra, eos Theologi imperantes, de quibus Dn. Bonav. Risch. differuit, Cæsaro-Papia accusant. Quoad primatum vero teste Camerer. in *Vita Philippi* hic cum ipso Luthero concedit, Pontifici superioritatem in cæteros Episcopos concedi posse, Dn. Fabric. *l. c. p. 76. 571. seqq.* Ejusd. *Consid. Controv. p. 150. seqq.* & *ip. 287.* De infallibilitate autem Masenius in *Utili Curiosit. de human. vita felicitat. cap. 26. n. 5.* optime refert; *Quid videtur Protestantibus? Tantumne illi præsidii rationisque pro suis fidei definitioribus habituri sunt? Ubi non solum Principes; sed quod capita tot Pontifices, qui credenda sibi ex Scriptura definiunt, iique ut sentiunt, infallibiles, quis enim falli se posse credit: aut si credit, quemodo de securitate secu-*



rus est?) reperiuntur, adeo quod in uno Petri Successore temere reprae-  
 hendunt, hos illorum centena millia in sana persuasione committunt,  
 dum sibi ex S. S. quantumcunque controversa, ultimam dijudicandi,  
 ipsos etiam Dd. Synodosque potestatem reservant, ut nec proprium qui-  
 dem Patriarcham Lutherum aut Calvinum hoc suo iudicio excimant,  
 eumque ubi visum, tanquam perversum Scripturae interpretem dam-  
 nent, suamque interpretationem ac sententiam, velut infallibilem  
 praeferrunt. Et quid hoc aliud demum est, quam se solum, informando  
 ex Scripturae iudicio, ubi falli omnes ut homines possunt, constituere in-  
 fallibilem? ut quot denique inter Protestantes capita, tot reperiuntur  
 definitores nisi Principes sua auctoritate intercedant, rerum creden-  
 darum Pontifices. Negent si possint, tantam absurditatem Novatores,  
 qui & Doctores suos, & concilia & Principes falli posse, in Scriptura-  
 rum & articulorum fidei expositione constanter tradunt, atque in suo  
 demum iudicio ex Scriptura formato, tanquam securo acquiescunt: *Securum autem nihil esse, nisi infallibile, non poterit.* (III) Apud  
 Pontificios S. S. tribuitur obscuritas, & ex nonnullorum imputa-  
 tionibus, eisdem legendis, Laici arcentur. Sed nonne per dubia  
 S. S. vexata, varias locorum difficillimorum Expositiones, Exege-  
 ses, Analyfes, Commentarios, sibi invicem saepius contradicentes,  
 nec non quotidianas controversias Theologicas, quibus utraque  
 pars, pro suo genio S. S. explicat, & alteram heterodoxiae, Pseud-  
 orthodoxiae, Schismatis, haereseos, aliorumque inculcat criminum,  
 ipso facto S. S. obscuritatem & ambiguitatem tribuimus? Clerici  
 vero nostri dum jus interpretandae S. S. sibi solis vindicant, & ne  
 quidem Politicis eandem permittunt, eo ipso etiam Laicos arcent,  
 Si enim quodcunque controversum ex S. S. decidendum pertinet  
 ad Theologos, cui usui Laicis sunt Biblia? An non hic Papisimus  
 est? Excell. Dn. Thomae. in Schol. ad Carpz. Diff. de Jur. decid. con-  
 trov. Theol. part. 2. Th. 1. S. 3. lit. f. (IV.) Impugnamus Pontifi-  
 ciorum traditiones, apud nos vero omnia traditionum sunt ple-  
 nissima, & quod apud Pontificios pro talibus habetur, id in Papa-  
 tu Lutherano sunt libri Symbolici, Systemata & Compendia Theo-  
 logiae, quorum tantus denique evasit numerus, ut specialem quan-  
 dam de iisdem Dn. Georg. Frid. Stieber promiserit historiam, Po-  
 stilla, Commentaria, quorum plerorumque hoc maximum est vi-  
 tium,



tium, ut utramque paginam citatione locorum, quæ vel ambiguae sunt, vel nihil ad rem faciunt, repleant, & pro hæreticis proscribunt, quicumque consequentiam negent, Liber, de. St. Amore. *Epist. Theol. VII. p. 238.* Pontificiis (V) etiam imputamus fidem Carbonariam, & ex sola præfatione Formulæ Concordiæ ostendi potest, quam aperte ibi stabiliatur hæc fides, & quam clare Laici omnes in universam habentur pro truncis & stupitibus Excell. Dn. Thomaf. in *Schol. ad Carpz. Diss. de Fur. Decid. contr. Theol. p. 1. l. 3. §. 7. l. 2.* (IV.) Nobis displicet splendor Ceremoniarum Pontificiarum, & iisdem ad superstitionem usque abundamus Stryck. *de Fur. Sabbathi*, qui vero easdem adiaphoras cum Excell. Dn. Thomaf. *Diss. de Fur. Princip. circa adiaph.* dicunt, & restringendas esse volunt, variis prosequimur criminationibus & confiscationibus. (VII) Nec minus remissio peccatorum sacerdotibus lucrosa, nostram invasit Sectam. (IIX) Necesitatem bonis operibus denegamus, ut sine illis vivere possimus, quare etiam (IX) Purgatorium abominamur, ne duplicem sustineamus poenam. (X) Quoad matrimonium Dn. Brenneysen *Ausführl. Antwort auf Hr. L. Stolzen Anmerkung über das Recht Evangel. Fürst. in Theol. Sr. part. I. §. 72.* de nostrantibus refert: *Es muß die Ehe Gottloser Maul-Christen / eine Christliche Ehe seyn / und auf sich die Regeln Christi appliciren lassen / die doch nur von Christl. Ehe-Leuten geredet seyn / und die Kinder / aus solcher Ehe gezeuget / müssen in der Kirche Gottes gezeuget seyn / und nach dem Recht der Christen-Kinder judiciret werden / und doch disputiret man / wie der Blinde von der Farbe / ob die Ehe ein Sacrament sey? welches man zwar negiret / und doch viele Irrthümer in der Lehre von der Priesterlichen Copulation behalten hat.* Plura pro hac vice non addam, sed quemadmodum apud Arnold. R. und R. *Hist. p. 2. l. 16. c. 13. §. 8.* hunc Papatum Lutheranum ipse Lutherus jam suo vaticinatus est tempore, sic & ejusdem complementum B. Arnold. Dn. Thomafius, aliique reddiderunt manifestissimum.

§. IV. Sive igitur cum Pontificiis matrimonium Sacramentum esse, hujusque principii quamplurimas adhuc nostrates fovere conclusiones, sive contractum iure civilem, & dictas conclusi-

ones



nes ex aliis defendi posse causis, dixeris, neutra certe opinio vel salutis aeternae vel temporali erit nociva, dummodo secundum uniuscujusque status publici naturam, quo haec vel illa vigeat, probe examinatur, siquidem utraque mere adiaphora est, & pro diversa politica conditione vel retineri vel rejici, adeoque ad Statum cujusque Reipubl. attemperari potest, licet nostra ad rationes Pontificiorum politicae non quadrat, & est contra horum opinio Principibus Protest. minus congrua, sed apud Clerum nostrum Papatu-Casariam introducit. Utrorumque etiam interesse & *πρωτων υειδος*, quare cum Pontificiis & nostri Theologi matrimonialia iudicia Ecclesiasticis tribuant, supra *sect. i. §. IX.* occurrit, ac licet JCTi nostri, ex horum etiam sine, & ut Theologis eorundem dijudicationes eriperent, matrimonium rem mere civilem dixerent, ob primam tamen negligentiam in multis non prohibere poterunt locis, & Theologis nostris eadem subjici. Cujuscunque etiam res matrimoniales hodie sint fori, quoad subditos litigantes, qui utriusque lanam cedere coguntur, idem erit. Ubi enim sportulae non solvuntur, audientia denegatur Brunn. *ad l. un. ff. si quis Jus dic.* Mev. p. 3. *Dec. ult.* Unde etiam Fritsch. *Tr. de peccat. ministr.* *concl. 28.* saepius optavit, taxam judicalem in profundo pelagi sepultam jacere, cum iustitia ideo gratis administrari debeat, quod subditi propterea tributa solvant, ut ipsis jus diceretur, iique a laesione, injuriis & iniquitatibus aliorum tam in iudicio, quam extra illud defenderentur. Manz. *Dec. Palat. qu. 76. n. 1.* nec etiam adeo probanda est consuetudo, qua taxa sportularum in partem salarii officialibus computatur. Heig. *2. qu. 23. n. 1.* Immo nonnulli ob sportulas non solum protrahunt iudices causas, & interlocutorias ita formant, ut ex una lite fiant plures, sed & pauci adhuc hodie dantur Samueles, qui ad populum provocare possunt; *Loquimini vtrum bovem cujusquam abstulerim aut asinum, an aliquem fraude circumventum re sua privaverim, num oppresserim aliquem innocentem, an a quoquam passus sum muneribus corrumpi, & dissimulaverim ejus peccatum, ut illud impune abiret;* multi vero Felices *Act. XXIV. 26.* qui non obstante Jure divino atque humano, variis se corrumpi patiuntur largitionibus, uti *ὁ πρῶτο*

I  
Con.





Consult. Dn. Ulrich. Heinr. Stieber / Jct. Consil. Praefect. Wolfenb. & Cam. Imper. Advoc. Sen. in Tract. adhuc MSto. de *Monstro Justitia*, cum Filio, Consult. Dn. Joh. Ulrich. Stieber/Jct. & Dicast. provinc. Wolfenb. Assessor. *Diss. Inaug. de Privati. Commod. studio. §. XIV.* optime commonstravit. Producere enim causas, & lites pendere, diu vindemia quaedam est, Matuan. *Eccl. 201. de Casid. & Vult. Vol. 1. Conf. Marp. 17. n. 6.* casum refert, quo in preparatoris usque ad litis contestationem 38. anni transacti, & *vol. 3. Conf. 30. n. 41* quo litis contestatio usque ad 75. annos fuit protracta, Olim plaudente ipsa coelesti justitia sine sportulis, jus suum cuique tribuebatur, nec pretiosum in rebus anxii & dubiis erat consilium, posteaquam vero tam ex religione quam justitia quaestus factus, & Theologia cum Jurisprudentia ut ad lites & contentiones augendas, ita ad eundam fortunam, efficacissima evasere subsidia, non potuerunt, quin & inprimis sportulas & civiles & Ecclesiasticas sub larva singularis justitiae gratitudinis mercedis &c. defenderent. Hinc etiam desertis aliarum artium utilissimis disciplinis, maximus ad utramque omnium fere est concursus, & undecumque veniant, aut orientur huc tenditur, imo quos de caelo quoque cecidisse putes, hic lassum cum Phaetonte subsistunt, ut immanissimi casus memoria, ne doleant egeantque? Theologiae vel Jurisprudentiae studio persanentur T. Fatidic' ad *dolob. Mere. Codic. III. §. 7* In Ordin. Cam. Imper. de Ann. 1500. §. IX. Sportulae eadem abrogabantur, sed posteaquam iterum receptae, hodie processus in causis potissimum civilibus, per quem liquidissimum Jus in plura eludi potest iustra, relicto Germanorum Processus judiciarii ordine antiquo, pro simplicibus consuetudinibus patriis, jam introductis LL. Romanis. Monzamb. *l. c. c. 5. §. 15. 17.* inter novos Imperii Germanici referendus est Monzamb. *l. c. c. 7. §. 10.* nec per Reversum Imp. novissimum, aliasque emendationes haecenus quaestam medelam obtinuimus, Dn. Thom. ad *Monzamb. c. 5. §. 18. lit. b.* & de hac litium ac sportularum diuturnitate, non immerito omnes conqveruntur, cum tanta hodie ubique fere gentium sit, ut saepius illi etiam, qui victoriam cum sumptuum adjudicatione reportarunt, tam longis arnagibus



bus vexati, & tot sumptibus misere fatigati, sibi potius legendum esse putent, quod litis suscipiendæ non ab initio abjecerint consilium, quam gratulandum, quod tanto pretio nudam victoriæ gloriam reportaverint, Faber, in *Cod. Dec. l. 9. t. 22. d. 1.* Præterea uterque etiam, & Cameralis & Saxonicus, de aliis ne quidem dicam, suis incommodis & miseriis laborat, à quibus nulla per leges, sed per mores contrarios pedetentim introducendos Exc. Dn. Thomaf. ad *Monz. amb. c. 5. §. 18. lit. b.* emergendi spes superest, & de Interesse Judiciorum Sax. in diuturna causarum ventilatione, Dn. Joh. Wilh. Ludolph. *Tr. de Different. Process. Judiciar. Camer. Imp. à Process. Judicior. Sax.* disseruit. Excipient equidem alii, Processum Consistorialem, & in specie etiam matrimonialem tam de Jure Civili, Canonico, & quamplurimorum Statuum Protestantium provinciali, esse Summarium, in quo de simplici & plano, summarie & levato, quod ajunt velo, & absque strepitu, & solenni judicii figura proceditur. Verum alii cum Anth. Matth. de *Jud. c. 1. th. 17.* causas matrimoniales ob earundem gravitatem non aliter Summariis accenseri volunt, quam si periculum in mora, & Excell. Dn. Bergerus *Elect. Process. Matrim. §. 10.* docet, quanquam Consistorium Vitembergense in matrimonialibus indifferenter processum summarium adhuc decernat, in Consistorio Lipsiensi tamen processum ordinarium usu esse receptum. Hincque non est, cur Carpz. *J. E. l. 3. def. 28. n. 6. & 10.* quoad nec omittenda interrogatoria, ac attestatorum quandoque brevem Disputationem, caute & circumspicte legamus. Sic & Mevius *p. 4. Dec. 108. n. 10.* quidem concedit processum matrimonialem regulariter esse summarium, fieri autem ordinarium quoties intricata & ambigua litis non possunt summarie explicari, ut difficultas negotii pro veritate indaganda cum exigit, unde & in causis matrimonialibus positiones cum Juramentis dandorum & re, spondendorum admittit. Et Excell. Dn. Berger. *l. c. §. 1.* asserit, cum multa in causis ad matrimonium attinentibus, singularia ac lectissima sunt capita, tum illa præcipue circa procedendi in judicio modum occurrere, unde etiam in sequentibus ejusdem varias difficultates, quibus præ ceteris laborat, recenset, quæ Proces-



sum matrimoniale plusquam requisita ordinarii remorare possunt. Quotidiana etiam contestatur praxis hunc Processum solo saltim summarii nomine gaudere, præprimis, si causa magis probatione quam opibus deficit. Munera enim placant homines deasque, in quorum admissione ne æquitatem abjecisse vulgo putetur; Uxores nonnunquam substituuntur, & nulla suum infeliciter tentabit maritum, qui corpori Juris corpus mulieris præfert & leges sanctissimo matrimonio posthabet. Quodsi vero Judices ut in criminalibus propter Inquisitorum paupertatem ut plurimum, expensas litis erogare cogentur, nullum est dubium, quin mox ut in criminalibus, quibus tamen de vita & sanguine humano agitur, nisi præpostere agatur, omnis cessaret litis proelatio, adeoque impium profecto & abominandum est, quod Subditi non solum circa rem ipsam, nempe matrimonia & sponsalia variis Dd. & Facultatum tam Juridicarum quam Theologicarum circumducantur opinionibus contrariis, ita ut nulla fere jam adsit tam absurda sententia, quæ non suos habet defensores, sed & in acqvirendi justitiam modo, nempe Processualibus, quæ sæpius plus difficultatis ac curæ & observantiæ, quam ipsa jura matrimonialia requirunt, vexentur, ita ut altera pars præ ingenti moerore ejusmodi vexationibus scelestis sæpius valedicat. Sed juxta Tabulam Coenobii Riddageshusani judicabit Judices, Judex generalis &c. & quemadmodum à bove majori discit arare minor, sic & minores Justitiæ alumni Secretarii, Actuarii, Notarii, Advocati & Procuratores eandem expectabunt in simili affectu pœnam. Sive itaque coram Judicio Ecclesiastico, sive seculari, sive à Clericis sive à Laicis cujuscunque etiam Religionis exuantur litigantes, idem erit, non enim sufficit, ut Principibus Protestantibus, revera autem nostris Politicis jura matrimonialia non tam contra Pontificios quam nostros Theologos vindicemus, nisi imprimis id curemus, ut & subditi quoad hæc à diuturnitate Processuum & gravitate Sportularum Advocatorumque iniquissimis taxationibus, per Principes sublevantur, nec mutato saltim nomine, sub eodem maneant jugo, jura Principibus enim Deus concessit propter Subditos, non vero hos propter illum, cujus suprema lex, salus populi esto.

Sed



Sed nisi ipsi Principibus, eorundem tamen ministris & Judicibus inferioribus plerunqve lucri bonus odor ex re qualibet esse solet, quique quia mercenarii sunt, nec oves proprias habent, easdem contra Tiberii quoque monitum potius degluberent, quam detonderent. Unde & salutem populi in eligendis ministris semper cum Imperatore Augusto ob oculos habere tenentur. Nam ex eo Principum Romanorum & dignitas & salus universa pependi, quod Justitiæ boni præferti sunt constituti. Gvevar. *Horolog. Princip. l. 3. c. 11. p. 483.* Seckend. *Fürsten-Staat. p. 2. c. 5. p. 51.* Christ. Pelleri. *Polit. Scelerat. p. 251.* Ziegl. *Dicast. conel. 1. §. 23.* Interim non negamus, quemadmodum D. Georg. Eberlin, Consil. Intim. Gvelfseioyt. *αρχαις*, quique in perpetuam nominis sui laudem, Academiae Juliae suam legavit Bibliothecam præ egregio incorrupti ministri omnibus præponi potest exemplo, adeoque in imagine, quod ibidem habetur, sine manibus cum hac circum-  
 Ycriptione depictus:

*In Eberlinum tibi, qui dum prætulit auro,  
 Jusque fidemque, & opum noluit esse cliens;  
 Munera non cepit, quamvis oblata frequentes;  
 Unde est, effigies quod careat manibus.*

Ita & ejusdem adhuc quidem nonnullos superesse Successores, & juxta Carpz. *Proc. Jur. Tit. 1. a. 1. n. 24.* processum, primævam originem referre acceptam juri divino ac naturali, veluti actus judicarius, quem in Paradiso post lapsum ipsemet instituit Deus, verum lege Evangelica non solum omnes lites cum ipso processu sunt prohibite, Grot. *de J. B. & P. l. 1. c. §. 8. 9. & l. 2. c. 1. 13. & l. 2. c. 20. §. 10.* Sed & Processus hodiernus mere ethnicus Dn. Bremens. *Ausführl. Antwort auf Zr. Lic. Joh. Gottl. Stolsen. Anmerkung über den Tract. von Recht Evangel. Fürst. in Theol. Streit. part. 1. §. 73. 74.* est, eosque inter ipsos Christianos jam res devenit, ut quammaxime in Judiciis impune pejerare, & mentiri liceat. B. Stryck. *Prof. ad Pacian, de Probat. contra Christum, qui est Α καὶ Ω, & salutis nostræ initium atque*

F I N I S.

Ad-



## Addenda & Corrigenda.

Pag. I. Lin. 15. lege *obtrudimus*. p. 2. l. 32. Epist. add. de An. 1709.  
 p. 3. l. 1. aliam adde de Ao. 1711. & l. 4. adde *adhuc aliam* de An. 1712.  
 p. 5. l. 19. docuit. adde *M. J. A. Car. Renov. Theol. Vitemb. conspect.* l. 28.  
 intimus. add. *Th. Browne Relig. Med.* p. 1. §. 12. p. 71. p. 9. l. 29. leg. *ma-*  
*ximopere*. p. 11. l. 9. leg. *Censor nobis*. p. 12. l. 4. *Seculum*. adde *Dn. Lan-*  
*gens aufricht. Nachricht. Tom. 7.* p. 74. & l. 31. §. 33. add. *Id. ad Monzamb.*  
*c. 8. §. 7. pag. 666.* p. 13. l. 28. §. 2. add. *des befehrt. Chinesers Pavang. Un-*  
*christl. Christenth.* p. 14. l. 17. leg. *Confessione*. p. 15. l. fin. leg. & rem. p. 16.  
 l. 15. leg. *facultatem in.* & l. 16. leg. *tribuunt.* & l. 18. §. 8. add. *Luth. Tom.*  
*Jen. 2. lib. 1. vom Ehel. Leben. fol. 147.* & l. 31. cap. 20. add. *Conring. Disp.*  
*de Republ. in commun.* §. 36. p. 18. l. 17. *simplicitas*. add. *Dn. Thom. Diss. de*  
*Jur. Princip. circ. adiaph. l. 1. §. 3.* p. 19. l. 8. leg. *nequiuunt.* & add. *Dn.*  
*Thomaf. Disp. xxx. Thes. ex Jur. var. exhib. th. 11. Exc. Dn. Coccejus Disp. de*  
*Curiosi. legal. profic. Concl. 5.* p. 20. l. 11. leg. *consecantur.* & l. 23 leg. *Por-*  
*ro calum.* & l. 30. *reciperet.* add. l. 27. *C. de nupt. p. 21. l. 5. TUN.* p. 21. l.  
 33. n. 7. add. *& imprimis quoad Jura Principum circa Sacra, quampluri-*  
*ma adhuc fovens Principia papistica, Exc. Dn. Thomaf. Recht. Ev. Fürst. in*  
*Theol. Streit. wieder die Papistischen Lehr. Sage eines Theologi zu Leipsig.*  
*Ejusd. Scholia. ad Carpzov. Diss. de Jur. Decid. controv. Theolog.* p. 22. l. 8.  
 leg. *prolabi.* & l. 24. *Adiaph.* add. *Id de Jur. Princip. circ. heret. Concl. 4.*  
 It. *Dn. Brennepsen Antwort. auf Hr. D. Stolzen Immerck. über den Tract.*  
*vom Recht. E. F. in Theol. St. p. 1. §. 24.* p. 23. l. 10. leg. *suam.* p. 24. l. 25.  
*primævam.* add. *Nova Liter. Germ. Hamb. de An. 1703. Mens. Jul. p. 274.*  
 p. 25. l. 21. sunt. add. *Hildeb. Ritual. Orant. c. 5. §. 4. p. 32. l. 7. §. 5.* add. *Boh-*  
*suveri Diss. de involucr. Simonia detect.* & l. 7. *liberasse.* add. *Pfaffii Diss. de*  
*Præjudicat. Opin. in Relig. fugiend. pag. 5. & l. 20. leg. opinionem.* p. 33. l. 33.  
*nundinales.* add. *Zephyr. de Pace Ult. Christl. Gedancf. prof.* p. 35. l. 32.  
 leg. *nostrates.* p. 36. l. 36. leg. *reliquias.* p. 37. l. 2. leg. *illa.* p. 46. l. 26. *dele-*  
*minus recte iraditur.* l. 27. *del. derivamus & quicquid ex hoc.* p. 47. l. 22.  
 leg. *Evangij.* p. 49. l. 6. leg. *sponsalia.* p. 50. l. 25. leg. *Greuten.* p. 54. l. 4.  
 leg. *relatum nondum est.* l. 6. leg. *Matym.* p. 55. l. 3. leg. *cælibatu.* l. 21.  
 leg. *sequentia.* p. 56. l. 15. leg. *morales exhibente.* l. 21. leg. *Sarked.* p. 57.  
 l. 29. *contrarium.* add. *Paral. II. c. 24. 3.* p. 59. l. 13. leg. *Epigram.* p. 60.  
 l. 4. leg. *errore.* p. 61. l. 17. leg. *Sacra.* p. 64. l. 20. leg. *nostratibus.*  
 Errata reliqua dexteritati B. L. committuntur.











Jg 5458

ULB Halle

3

005 302 633









4  
20, num. 9,

JOH. PHIL. ODELEM, Brunsv.  
Philosoph. & J. U. D. antehac Eccles. Collegiat. St. Nicol. Magdeb.  
Canonic. & Regii ibid. Regim. Advoc. Ordin.

# APOLOGIA JURIDICO-POLITICA,

Differtationis Inauguralis  
DE

RELIQVIIS SACRAMENTI  
In Matrimonialibus

9 386  
Dn. VALENT. <sup>Qua</sup> Ernst. Töschers / D.  
Suprem. Consist. Dresd. Assess. & Superintend.  
Vulgò ita dictæ

## Unschuldige Nachrichten

von Theologischen Sachen  
de Ann. 1705. II. Ordn. n. V. pag. 118. seqq.



Nec non  
Dn. MICH. HENR. Gribners / D.  
Pand. P. P. & Jct. Ord. s. t. Decan Vitemberg.  
Differtatio  
De

HIS, QUÆ EX JURE PROTESTANTIUM MATRIMONIALI  
Ad Reliquias Sacramenti perperam referuntur,  
ad modum Promulsidis discutiantur, Jg 5958  
cum Epilogo.

Brunsviga apud Auctorem, Anno 1716.

25. 4. 06.

8-

